Apophthegmata Græco-latina,

IOAN. POSSELII

QUONDAM PROFES-
SORIS ACADEMIÆ ROS-
TOCHIANAE CELEBERRI-
MI, INTER GRÆCOS ET
Philologos nostri seculi
facile Principis.

Hactenus a multis multum expetita.

Editio prorsus nova.

Elaborata Opera

IOANNIS POSSELII FILII,
Græcæ Linguæ in Rostochi-
ensi Academia Professoris.

Excudebat *G. D.* impensis *Gulielmi
Nealand*, apud quem prostant venales sub
Signo *Coronæ*, in vico vulgò vocato Duck-lane,
M. DC. LII.

UMI



M. RODOLPHO GO-CLENIO PHILOSO-PHICO PROFESSORI

Academiæ Marpurgensis.

M. ZACHARIAS PALTHENIUS Typographus Francofurtensis, εὖ πράττειν.

DUO jam præterfluxere menses, Vir clarissime, Præceptor inprimis observande, ex quo Ioannes Posselius, Græcæ Linguæ in alma Rostochiana Academia Professor, Parentis sui p. m. Apophthegmata Græco-latina, per Petrum Lindebergium Poetam Laureatum, ad me destinavit, illorumque publicationem meæ fidei & industriæ ὡς ἐπιμελέστατα καὶ ἀκριβέστατα commisit. Accidit id quidem mihi, præsertim a tantæ existimationis & eruditionis viro, cum propter parentem ejus, qui in Græca Lingua ab interitu vindicanda, εἰ καί τις ἄλλος πολλὰς ἀΰπνους νύκτας ἴαυσε, longum laboravit, multum sudavit, tum propter singularem amorem, quo ab ineunte ætate erga Græcæ linguæ studium, ὡς ἔμφυτόν μοι, & ad-discendum & promovendum, acriter inflammatus sum, tam gratum quam gratissimmm. Etsi autem ex in-

ſpectione aliquot paginarum, tanquam ex ungue Leonem, quod dici ſolet, intelligere videar, hunc laborem, ſi publici juris fiat, magna cum ſtudioſorum utilitate, (ut de liberali animi recreatione nihil dicam) conjunctum eſſe: tamen quia non ſoleo ex meipſo pendere, ſed aliorum etiam cenſuras libenter audire, præſertim eorum, qui judicio ſunt limatiore & acriore, hoc meum inſtitutum tibi ſignificandum duxi, vehementer etiam atque etiam petens, ut mecum hac in re tuum conſilium maturius communices. Si ita videbitur, operas urgebo, ac editionem maturabo, ut ad proximas nundinas in luce appareat, & in hoc veluti monumento Poſſelius noſter quaſi reviviſcat. Ego te, ut ſpero, propediem videbo, atque utinã repub. veſtra literaria meliore, quam audio. Datæ Francofurti e meo τυπογραφείῳ in feſto D. Bartholomæi, Anno 1595.

M. RO-

M. RODOLPHI GOCLENII Professoris Philosophici.


Responsio ad Epistolam Palthenii.

TANTA, ornatissime Domine Paltheni, in Græcorum auctorum monumentis sapientia recondita est, ut latinorum philosophiam fere omnem ex iis manasse arbitreris. Flosculos & delitias orationis tuæ quæris? Græcorum horti suppeditabunt. Sale eam quodam perspergere, & quasi condire, non quidem Momi illo, sed Mercurii cupis? Græcorum penu sufficiet. Juvat te oris pulchre compositi ingeniosa rotunditas? Eam Græcæ Musæ ac Veneres affatim dabunt. Sed quid ego hæc ad te, cui non possunt non esse notissima, quippe qui sis in Græcorum lectione ita versatus, ut lingua eorum tibi sit familiarissima: Tantum quæ scis per te ipse, ad eorum nunc cogitationem, & velut ruminationem, te deducere volo, ut pulcherrima illa Apophthegmata, hoc est (illustrium virorum breviter fere, sed argute, acute, festiveque dicta) a clarissimo Posselio collecta, e tuo λυπογραφείῳ alio pervenire ne patiare: quod existimem φιλολόγοις, omninoque politioris literaturæ, & Ethicæ studiosis non parum ea profutura, & tibi quoque (si nostra externa etiam utilitate metiri licet) non infructuosa fore. In hoc meo judicio, si quod facis, acquieveris, abjecta

omni

omni cunctatione, &, ut Græci loquuntur, μηδὲν ἀναβαλλόμενος editionem adornabis, & magnam a plurimis nostrorum hominum gratiam inibis, ac (ut Ovidiano illo utar) laudem a sera posteritate feres, cui optimus quisque maxime servit, sicut judicat Cicero. Video me quoque ex illis Apophthegmatis ad corpus orationis, si quando publice mihi dicendum est, augendum, illustrandum, ornandum denique, aliquid opis & adjumenti petere posse. Itaque impressorum exemplum a te vehementer exspecto. Nihil mihi ita placet, atque oratio nervosa & argumentosa, quæ optimis sententiis, veluti stellulis quibusdam interlucet. Bene vale. Datæ ταχυγραφῶς inter fluctus perturbationum, quos filiola mea Catharina unice mihi cara dysenterico morbo exstincta (qui & professorem Græcæ linguæ Christophorum Cramerum nobis sustulit) mirum in modum augit. Marpurgi ultimo August. Anno 95.

***



IOAN-



IOANNIS POSSELII VIRI CLARISSIMI,

De re literaria optime meriti.

Apophthegmata Græco-latina.

Locus I. de AMICITIA.

Ηρόδοτος ἔφη, κτημάτων πάντων τιμιώτατον εἶναι, ἄνδρα φίλον συνετόν τε καὶ εὔνοον.

Herodotus dixit, pretiosissimum thesaurũ esse, & omnibus opibus antecellere, amicum prudentem & benevolum.

Περίανδρος εἶπεν, ἄμεινον εἶναι φίλον ἔχειν πολλοῦ ἄξιον, ἢ πολλοὺς, μηδενὸς ἀξίους.

Periander dicebat, melius esse habere amicum unum multi pretii, quam multos habere nullius pretii.

Πλάτων Ελίκωνι διδοὺς πρὸς Διονύσιον ἐπιστολὴν, ἐπῄνεσεν αὐτὸν ὡς ἐπιεικῆ καὶ μέτριον, εἶτα προσέγραψε τῇ ἐπιστολῇ τελευτώσῃ. γράφω δὲ σοι ταῦτα περὶ ἀνθρώπου, ζώου φύσει εὐμεταβόλου.

Cum Plato Heliconem quendam Dionysio datis literis commendasset, scribens illum virum probum ac modestum esse, adscripsit in fine epistolæ: Hæc tibi scribo de homine, vide-

videlicet animante natura mutabili.

Μοσχίων ἔλεγε, βέλτιον εἶναι πολλὰ χρήματα ἀπολέσαντα, ἕνα φίλον κτήσασθαι, ἢ ἕνα φίλον ἀπολέσαντα, πολλὰ χρήματα κτήσασθαι.

Moschion dicebat, Satius esse multis pecuniis amissis, unum amicum comparare, quam amico uno amisso multas adipisci pecunias.

Λιβάνιος εἶπε συγχαίρειν χρῆναι τοῖς φίλοις καλῶς πράττουσιν, ὡς καὶ συναλγεῖν τοῖς λυπουμένοις.

Libanius dixit, cum amicis felicibus & fortunatis gaudendum esse, & tristantibus condolendum.

Σόλων ἐνουθέτει σπάνιον εἰσάγειν τὸν πόδα πρὸς τὸν φίλον, ἵνα μὴ ἡμῶν πλησθεὶς, μισήσῃ ἡμᾶς.

Solon monebat raro ad amicum ingrediendū esse, ne nostri satur incipiat odisse nos.

Περικλῆς πρὸς φίλον τινὰ μαρτυρίας ψευδοῦς δεόμενον, ᾗ προσῆν καὶ ὅρκος, ἔφησε, μέχρι τοῦ βωμοῦ φίλος εἶναι. Ἡγούμενος δίκαιον μὲν εἶναι, χαρίζεσθαι τοῖς φίλοις, ἀλλ' αὐτὰ τοῦ παραβαίνειν τὸ εὐσεβές.

Pericles amico roganti, ut pro se falsum diceret testimonium, cui erat adjunctum jusjurandum, respondit. Se quidem amicum esse, sed usque ad aram. Sentiens gratificandum quidem esse amicis, sed citra violationem religionis.

Φωκίων ἀξιοῦντος Ἀντιπάτρου ποιῆσαί τι τῶν μὴ δικαίων αὐτὸν, οὐ δύνῃ, εἶπεν, Ἀντίπατρε καὶ φίλῳ Φωκίωνι χρῆσθαι, καὶ κόλακι.

Phocion, cum Antipater ipsum rogaret, ut in gratiam suam aliquid injuste ageret. Non potes, inquit, ô Antipater, Phocione & amico & adulatore uti.

Φίλων ἔφησε, φίλον ἡγητέον τὸν βοηθεῖν καὶ αὐτωφελεῖν ἐθέλοντα, κἂν μὴ δύνηται.

Philo dixit, amicum existi-

existimandum esse eum, qui opem ferre, & gratiam rependere cupit, etiamsi non possit.

Ἀριστοτέλης ἔφη, κάλλιον εἶναι, εὖ ποιεῖν φίλους ὀθνείων.

Aristoteles dicebat, honestius esse amicis benefacere, quam alienis.

Πλούταρχος ἔλεγε, σπάνιον καὶ δυσεύρετον εἶναι φίλον βέβαιον.

Plutarchus dixit, Rarum & inventu difficilem esse amicum constantem.

Ἐπὶ μὲν τὰ δεῖπνα τῶν φίλων βραδέως, ἐπὶ δὲ τὰς ἀτυχίας ταχέως πορευτέον, ἔφη Χίλων ὁ σοφός.

Ad amicorum convivia tarde, ad calamitates vero eorum celeriter accedendum esse, Chilo ille sapiens dixit.

Ζήνων ἐρωτηθεὶς, τίς ἐστι φίλος. Ἄλλος ἐγώ, ἔφη.

Zeno interrogatus, quis esset amicus. Alter, inquit, ego.

Μήτε ἄφιλος ἴσθι, μήτε πολύφιλος, ἀλλὰ φιλόφιλος· μήτε ἄξενος, μήτε πολύξενος, ἀλλὰ φιλόξενος, ἔλεγεν Ἀριστοτέλης.

Non vivas sine amicis, nec omnium amicitiis te implices, sed sis in amicitia tuenda constans: Neque sis inhospitalis, nec omnium hospes, sed hospites benigne foveas: dixit Aristoteles.

Οἱ μὲν φαῦλοι, ὡς Ἰσοκράτης εἶπε, τοὺς φίλους παρόντας μόνον τιμῶσιν: οἱ δὲ σπουδαῖοι καὶ μακρὰν ἀπόντας ἀγαπῶσι.

Mali, ut Isocrates dixit, amicos præsentes solum colunt: boni vero illos etiam, qui longe absunt, diligunt.

Μηδένα φίλον ποιοῦ [ἔφη Ἰσοκράτης] πρὶν ἂν ἐξετάσῃς, πῶς κέχρηται τοῖς πρότερον φίλοις· ἔλπιζε γὰρ αὐτὸν καὶ περὶ σὲ γενέσθαι τοιοῦτον, οἷον καὶ περὶ ἐκείνους γέγονε.

Nullum tibi amicum adjungas (dixit Isocrates) priusquam exploraveris, quomodo prioribus amicis [illegible]

exploraveris quomodo prioribus amicis

sit usus : Sperabis enim in te quoque eum fore talem, qualem erga illos se præbuit.

Ὁ αὐτὸς εἶπε, πρέπειν τοὺς παῖδας ὥσπερ τῆς οὐσίας, οὕτω καὶ τῆς φιλίας τῆς πατρικῆς κληρονομεῖν.

Idem dixit : Decere liberos hæredes esse, non modo facultatum, sed etiam amicitiarum paternarum.

Ὁ αὐτὸς εἶπε, Πιστοὺς ἡγοῦ μὴ τοὺς πᾶν, ὅ,τι ἂν λέγῃς, ἢ ποιῇς, ἐπαινοῦντας, ἀλλὰ τοὺς τοῖς ἁμαρτανομένοις ἐπιτιμῶντας.

Idem dicebat : Fideles amicos existima, non eos qui omnia dicta & facta tua laudant, sed qui etiam errata & delicta tua reprehendunt.

Βουλοίμην φίλον ἀγαθὸν μᾶλλον, ἢ Δαρείου χρυσίον κτήσασθαι, ἔλεγε Πλάτων.

Malim amicum bonū, quam Darii Persarum regis aurum possidere; dixit Plato.

Φίλου πιστοῦ οὐκ ἔστιν ἀντάλλαγμα τῶν ὄντων οὐδὲν, καὶ ὁ εὑρὼν αὐτὸν, εὗρε θησαυρὸν, ἔφη Ναζιανζηνός.

Nihil est quod cum fideli amico permutari possit : Et qui talem invenit, is thesaurum invenit, dixit Nazianzenus.

Ἀνταλκίδας ἐρωτήσαντός τινος πῶς ἂν τις μάλιστα ἀρέσκοι τοῖς ἀνθρώποις, εἰ ἥδιστα μὲν, ἔφη, αὐτοῖς διαλέγοιτο, ὠφελιμώτατα δὲ προσφέροιτο. σημαίνων ἐν τῷ κτᾶσθαι φίλους χρῆσθαι δεῖν φιλοπροσηγορίᾳ, ἐν δὲ τῷ εὐεργετῆσαι, ὠφελείᾳ.

Antalcidas cum interrogaretur quo pacto quis amicos sibi facere possit : Si, inquit, loquatur illis jucundissima, præstet autem utilissima. Innuens in parandis amicis adhibendam esse primo sermonis comitatem, in officiis autem præstandis, utilitatem.

Δοκίμαζε τοὺς φίλους [ἔφη Ἰσοκράτης] ἐκ τῆς περὶ τὸν βίον ἀτυχίας, καὶ τῆς

ἐν-

ἐν τοῖς κινδύνοις κοινωνίας. τὸ μὲν γὰρ χρυσίον ἐν πυρὶ δοκιμάζομεν, τοὺς δὲ φίλους ἐν ταῖς ἀτυχίαις γινώσκομεν.

Amicos probabis (dixit Isocrates) ex calamitate in vita, & communicatione periculorum. Aurum enim igne probamus, amicos vero in adversa fortuna cognoscimus.

Πλούταρχος ἔλεγε, τὴν ἀληθινὴν φιλίαν τρία ζητεῖν μάλιστα, τὴν ἀρετὴν ὡς καλὸν, καὶ τὴν συνήθειαν ὡς ἡδὺ, καὶ τὴν χρείαν ὡς ἀναγκαῖον.

Plutarchus dixit, ad veram amicitiam tria potissimum requiri, videlicet virtutem ut pulchrum, consuetudinem ut jucundum, & usum ut necessarium.

Ὁ αὐτὸς ἔφη, πάντων ἥδιστον εἶναι τὴν φιλίαν, καὶ οὐδὲν ἄλλο μᾶλλον εὐφραίνειν.

Idem dicebat, Omnium lætissimam rem esse amicitiam, & nihil esse, quod nos magis exhilarare possit.

Φίλιππος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς, πολλῶν αἰχμαλώτων πιπρασκομένων, ἐκάθητο ἀνεσταλμένῳ τῷ χιτῶνι καθήμενος· τῶν δὲ πωλουμένων τις ἀνεβόησε, φεῖσαί μου, Φίλιππε, πατρικὸς γάρ εἰμί σου φίλος. ἐρωτήσαντος δὲ τοῦ Φιλίππου, πόθεν, ὦ ἄνθρωπε, γενόμενος καὶ πῶς; ἐγγὺς, ἔφη, φράσαι σοι βούλομαι προσελθών. ὡς οὖν προσήχθη μικρὸν, ἔφη κατωτέρω τὴν χλαμύδα ποίησον, ἀσχημονεῖς γὰρ οὕτω καθήμενος. καὶ ὁ Φίλιππος ἄφετε αὐτὸν εἶπεν, ἀληθῶς γὰρ εὔνους ὢν καὶ φίλος ἐλάνθανεν. ἐνόμισεν ἀνὴρ ὁ σοφώτατος, τούτους μάλιστα ἡμῖν φίλους εἶναι, οἵτινες ἡμᾶς εὖ τε καὶ ὀρθῶς νουθετοῦσι.

Philippus Macedonum rex, cum multi bello capti venderentur, in auctione sedens parum decore vestitus erat. Quidam igitur eorum qui vendebantur, exclamavit: Parce mihi, Phillippe, paternus enim tibi sum amicus. Philippo vero interrogante, quo pacto & unde ô homo conflata est hæc amicitia? Tum ille, volo, inquit, propius

pius accedens tibi hoc indicare : qui cum admissus esset, quasi arcani quippiam dicturus : Demitte, inquit, chlamydem aliquantulum : nam ad istũ modum indecentur sedes. Mox Philippus, Hunc, inquit, dimittite liberum : nesciebam enim prius illum mihi vere benevolum amicum esse. Sensit vir prudentissimus, eos præcipue amicos esse, qui probe & recte nos admonent.

Λυκοῦργος ἔφη· Δεῖ φίλοις καὶ τοῖς οἰκείοις βοηθεῖν, ἄχρι τοῦ μὴ ἐπιορκεῖν.

Lycurgus dixit : Eatenus amicis & familiaribus auxiliandum est, quatenus periurium non admittitur.

Πλούταρχος ἔλεγε. Σκεύη τὰ μὲν καινὰ κρείττονα, φιλία δὲ ἡ παλαιοτέρα.

Plutarchus dicere solebat : Vasa quidem meliora sunt nova : sed amicitia præstat, quo vetustior.

Δαρεῖος ὁ Ξέρξου πατὴρ ῥοιὰν μεγάλην ἀνοίξας, πυθομένου τινὸς, τί ἂν ἔχειν βούλοιτο τοσοῦτον, ὅσον ἐστὶ τῶν κόκκων τὸ πλῆθος, εἶπε, Ζωπύρους. οὗτος μὲν ἦν ἀνὴρ ἀγαθὸς, καὶ τῷ Δαρείῳ πιστὸς φίλος. ἐσήμηνε δὲ, οὐδὲν προσήκειν εἶναι βασιλεῖ βέλτιον, ἢ ἥδιον γνησίων καὶ πιστῶν φίλων.

Darius, Xerxis pater, cum aperuisset prægrande malum Punicum, & quidam ab eo sciscitaretur, Cujus rei tantum numerum habere optaret, quantus illic inesset granorum? Respondet, Zopyrorum. Is erat Dario fidus amicus, & vir bonus. Significavit autem, Regi nihil prius aut carius esse debere probis & fidis amicis.

Δημήτριος τοὺς φίλους, ἔφασκε, ἐπὶ μὲν τὰ ἀγαθὰ παρακαλουμένους ἀπιέναι, ἐπὶ δὲ τὰς συμφορὰς, αὐτομάτους,

Demetrius dicebat, amicos in rebus secundis adesse debere vocatos, in adversis vero sua sponte, & non vocatos. ¶ Congruit hoc Apophthegma cum illo

Deme-

Domocriti : Τὸν σπουδαῖον φίλον πρὸς μὲν τὰς εὐφροσύνας κληθέντα δεῖ παρεῖναι, πρὸς δὲ τὰς περιστάσεις, αὐτόκλητον δεῖ συμπαρεῖναι : Probum amicum, gaudiis quidem vocatum adesse decet : adversis autem casibus sua sponte.

Σκιπίων ὁ νεώτερος ἐπειρᾶτο μὴ πρότερον ἐξ ἀγορᾶς ἀπελθεῖν, ἢ ποιήσασθαί τινα συνήθη καὶ φίλον ἁμωσγέπως τῶν ἐντυγχανόντων· νομίζων ἀνθρώπῳ οὐδὲν κτῆμα τιμιώτερον εἶναι.

Scipio minor dabat operam, ne quando e foro rediret domum, priusquam sibi quocunque modo quempiam eorum, in quos incidisset, amicum reddidisset. Sentiens homini nullam possessionem esse meliorem.

Ἀριστοτέλης ἐρωτηθεὶς τί ἐστι φίλος, ἔφη, μία ψυχὴ, δύο σώμασιν ἐνοικοῦσα.

Aristoteles interrogatus, quid esset amicus, una inquit anima in duobus corporibus.

Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς, τίς ἐπιτήδειος πρὸς φιλίαν; ὁ πλεῖστα, ἔφη, ἀδικήματα δυνάμενος.

Aristoteles interrogatus, quis esset idoneus ad amicitiam? Qui, inquit, plurimas injurias ferre potest.

Ὁ αὐτὸς ἑκάστοτε ἔλεγεν, Ω φίλοι, οὐδεὶς φίλος. παρεμφαίνων, πολλοὺς μὲν εἶναι φίλους λόγῳ, ὀλίγους δὲ ἢ μηδένας τῷ ἔργῳ.

Idem illud frequenter habebat in ore, O amici, nemo amicus. Sentiens multos esse amicos nomine, paucos autem aut nullos re.

Locus II.

DE AMORE.

ΑΝτίοχος ὁ πρῶτος τὴν τῆς Ἀρτέμιδος ἱέρειαν ἰδὼν ὑπερβολῇ καλὴν φανεῖσαν, εὐθὺς ἀνέζευξεν ἐξ Ἐφέσου, φοβού-

μοναις φησὶ παρὰ γνώμην ἐκβιασθῆ πρᾶξαι. τι τῶν οὐχ ὁσίων.

Antiochus tertius, cum vidisset Dianæ sacerdotem supra modum eleganti forma, continuo solvit Epheso, veritus ne vis amoris aliquid ipsum facere compelleret quod fas non esset.

Διογένης τὸν ἔρωτα, σχολαζόντων ἀσχολίαν εἶναι, ἔλεγε. διὰ τὸ τοῦτο τὸ πάθος μάλιστα καταλαβεῖν τοὺς ἀργοῦντας.

Diogenes dixit, amorem esse otiosorum negotium: quod hic affectus potissimum occupet homines otio deditos.

Θεόφραστος ἐρωτηθεὶς τί ἐστιν ἔρως, πάθος, εἶπε ψυχῆς σχολαζούσης.

Theophrastus interrogatus, quid esset amor? respondit animæ otiosæ affectus.

Πόλτυς ὁ Θρακῶν βασιλεὺς ἐν τῷ Τρωϊκῷ πολέμῳ πρεσβευσαμένων πρὸς αὐτὸν ἅμα τῶν Τρώων καὶ τῶν Ἀχαιῶν, ἐκέλευσε τὸν Ἀλέξανδρον ἀποδόντα τὴν Ἑλένην, δύο παρ' αὐτοῦ λαβεῖν καλὰς γυναῖκας. ἐθρύλλησαν αὖ ὁ Ἀλέξανδρος, ἐὰν τοῦτο πεποιήκῃ, μιᾶς γὰρ ἐξαρκούντως ἀπολαύσας, ἔσχηκεν αὖ δύο νέας γυναῖκας, καὶ τὴν πατρίδα σῶ πεποιήκοι.

Poltys Thraciæ rex, Trojani belli tempore, cum Trojani pariter & Græci legationem ad ipsum misissent, auditis utrisque pronunciavit, ut Alexander redderet Helenam, & a se pro una duas formosas abduceret uxores. Sapuisset Paris, si id fecisset. Nam una satis fretus, habuisset duas novas, & patriæ consuluisset. ¶ Comprobat hoc Paridis exemplũ dictũ Menandri: μόνον ἀπαρηγόρητον ἀνθρώποις ἔρως, id est, Solus amor inter homines nullo sermone consiliove movetur. Item illud Platonis: Τυφλοῦται περὶ τὸ φιλούμενον ὁ φιλῶν. Amans est cæcus circa rem amatam.

Αἴσωπος ἔλεγε, τοὺς ὑπ' ἔρωτος κατεχομένους, ἀναι-

ἀναισχύντους εἶναι συμβαίνειν.

Æſopus dicere ſolitus eſt, Eos, qui amore capti ſunt, inverecundos eſſe ſolere.

Κάτων ἔλεγε, τὴν τοῦ ἐρῶντος ψυχὴν ἐν ἀλλοτρίῳ σώματι ζῆν.

Cato dicebat, amantis animam in alieno corpore vivere. Quod hodie quoque celebratur, Animam illic potius eſſe, ubi amat, quam ubi animat.

Πλούταρχος εἶπε, Τὸ λίαν φιλεῖν, ὁ μὴ φιλεῖν αἴτιον εἶναι.

Plutarchus dixit, nimium amorem, odii cauſam eſſe. Congruit cum Socratis dicto: Τὸ φιλεῖν ἀκαίρως, ἴσον ἐστὶ τῷ μισεῖν. Intempeſtive amare, ſimile eſt odio.

Locus III.

DE ADULATIONE, Aſſentatione.

Διογένης ἐρωτηθεὶς τί τῶν θηρίων κάκιστα δάκνει, ἔφη, τῶν μὲν ἀγρίων συκοφάντης, τῶν δὲ ἡμέρων, κόλαξ.

Diogenes interrogatus, quæ beſtia morſum haberet nocentiſſimum, Si de feris, inquit, interrogas, obtrectator, ſi de cicuribus, adulator.

Ὁ αὐτὸς τὸν πρὸς χάριν λόγον, ἔφη, μελιτίνην ἀγχόνην εἶναι. διὸ τὸ ἀνελεῖν αὐτὸν τοὺς ἀνθρώπους διὰ τῆς χρηστολογίας.

Idem orationem blandam, non ex animo proficiſcentem, ſed ad gratiam compoſitam, dicere ſolebat, melleum laqueum eſſe, quod blande amplectens hominem jugulet.

Φωκίων ὁ Ἀθηναῖος, Δημοσθένους εἰπόντος, ἀποκτενοῦσί σε Ἀθηναῖοι, ἐὰν μανῶσι, Ναὶ, εἶπεν, ἐμὲ μὲν, ἂν μανῶσι. σὲ δὲ, ἂν σωφρονῶσι· σημαίνων, Δημοσθένην πάντα πρὸς χάριν εἰπεῖν.

Phocion Athenienſis, Demoſtheni dicenti. Occident te, Phocion Athenienſes, ſi quando inſanire cœperint,

cœperint, Reſpondit, Me quidem ſi inſanire cœperint, Te vero, ſi ad ſaniorem mentem redierint: Significans Demoſthenem omnia ad gratiam loqui.

Ὁ αὐτὸς, ἀξιοῦντος Ἀντιπάτρου ποιῆσαί τι τῶν μὴ δικαίων αὐτὸν, οὐ δυνήσαι, εἶπεν, Ἀντίπατρε, καὶ φίλῳ Φωκίωνι χρῆσθαι, καὶ κόλακι.

Idem cum Antipater ipſum rogaret, ut in gratiam ſuam aliquid injuſte ageret, Non potes, inquit, ô Antipater, Phocione & amico & aſſentatore uti.

Θαλῆς ὁ Μιλήσιος ἐρωτηθεὶς τί δύσκολον, ἔφη, τὸ ἑαυτὸν γνῶναι. ἕκαστος γὰρ ἑαυτῷ κόλαξ τυγχάνει ὤν.

Thales Mileſius interrogatus, quid eſſet difficile? Seipſum, inquit, noſſe: Quiſque enim ſibi adulator eſt.

Ἀντισθένης ὁ φιλόσοφος κρεῖττον ἔλεγεν, εἰς κόρακας, ἢ εἰς κόλακας ἐμπεσεῖν. οἱ μὲν γὰρ νεκροὺς οἱ δὲ ζῶντας ἐσθίουσιν.

Antiſthenes Philoſophus dicebat, ſi ad alterutrum adigeret neceſſitas, Satius eſſe in corvos incidere, quã in adulatores: nam corvi non cõedunt, niſi mortuos, adulatores etiam vivos devorant.

Δημοσθένης ἔφη, τὸν κόλακα τοῦτο διαφέρειν τοῦ κόρακος, ὅτι ὁ μὲν ζῶντας, ὁ δὲ νεκροὺς ἐσθίει.

Demoſthenes adulatorem in hoc differre dixit a corvo, quod hic mortuos, ille vivos devorat.

Πυθαγόρας ἔλεγεν, χαῖρε τοῖς ἐλέγχουσί σε μᾶλλον, ἢ τοῖς κολακεύουσιν· ὡς δὲ ἐχθρῶν χείρονας ἐκτρέπου τοὺς κολακεύοντας.

Pythagoras dicebat: gaude potius arguentibus te, quam adulantibus: & tanquam deteriores inimicis adulatores averſare.

Πλούταρχος ἔφησε, χαίρειν δεῖν τοῖς ἐλέγχουσιν, οὐ τοῖς κολακεύουσιν. οἱ μὲν ἡμᾶς λυποῦντες διεγείρουσιν· οἱ δὲ χαριζόμενοι ἐκλύουσι καὶ σκελίζουσι.

Plutarchus dixit, Gaudendum eſſe commercio reprehendentium, & non adulantium: Hi enim gratificando

tificando dissolvunt & evertunt nos : illi vero molestiam exhibendo, excitant & erigunt.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγε· Μίσει τοὺς κολακεύοντας, ὥσπερ τοὺς ἐξαπατῶντας. ἀμφότεροι γὰρ πιστευθέντες τοὺς πιστεύσαντας ἀδικοῦσι.

Idem dicebat : Odio habeas, adulantes sicut decipientes. Utrique enim, si fides eis habeatur, credentes injuria afficiunt.

Ὥσπερ λύκος ὅμοιος κυνὶ, οὕτω καὶ κόλαξ, καὶ μοιχὸς, καὶ παράσιτος ὅμοιος φίλῳ. πρόσεχε τοιγαροῦν, μὴ ἀντί κυνῶν φυλάκων, λάθῃς λυμεῶνας εἰσδεχόμενος λύκους· ἔφη Ἐπίκτητος.

Quenadmodum lupus animal est cani simile : ita & adulator, & adulter, & parasitus amico similis est. Diligenter igitur attende, ne canum custodum loco, pernitiosos lupos nescius admittas : dixit Epictetus.

Ἀντισθένης ἔλεγεν· ὥσπερ τὰς ἑταίρας πάγαθὰ πάντα εὔχεσθαι τοῖς ἐρασταῖς παρεῖναι, πλὴν νοῦ καὶ φρονήσεως, οὕτω καὶ τοὺς κόλακας, οἷς συνεισι.

Antistenes aiebat, ut meretrices bona omnia, præter mentem & prudentiam, suis amatoribus imprecantur : Eodem modo & adulatores, iis quibus cum versantur.

Κράτης πρὸς νέον πλούσιον πολλοὺς κόλακας ἐπισυρόμενον, νεανίσκε, εἶπεν, ἐλεῶ ἐρημίαν τὴν σήν.

Crates ad opulentum adolescentem, quem parasitorum comitabatur turba : Adolescens, dixit, miseret me tuæ solitudinis.

Οἱ δελφῖνες μέχρι τοῦ κλύδωνος συνδιανήχονται τοῖς κολυμβῶσι, πρὸς δὲ τὸ ξηρὸν οὐκ ἐξοκέλλουσιν· οὕτως οἱ κόλακες ἐν εὐδίᾳ παραμένουσιν, ὡς καὶ οἱ τοὺς φίλους εἰς ἀποδημίαν προπέμποντες, μέχρι τῆς λείας συμπαρακολουθοῦσιν· ἐπειδὰν δὲ εἰς τραχεῖαν ἔλθωσιν, ἀπιᾶσιν.

Delphi-

Delphines donec unda subest, comitantur natantes, in littus vero nunquam egrediuntur; Sic & adulatores in sereno & felici rerũ statu manent. Quemadmodum & illi, qui amicos ad peregrinationem euntes, dum via plana est, deducunt, cum asperior incipit, recedunt.

Locus IIII.

DE ANIMI MODERATIONE, PATIENtia, Mansuetudine,

Τῶν Ἀθηναίων ὁρμωμένων ἐπὶ τὸν ἐξοστρακισμὸν κατὰ Ἀριστείδου τοῦ δικαίου, ἄνθρωπος ἀγράμματος καὶ ἄγροικος ὄστρακον ἔχων προσῆλθεν αὐτῷ, κελεύων ἐγγράψαι τὸ ὄνομα τοῦ Ἀριστείδου, Γινώσκεις, ἔφη, τὸν Ἀριστείδην; τοῦ δὲ ἀνθρώπου γινώσκειν μὲν οὐ φήσαντος, ἄχθεσθαι δὲ τῇ τοῦ δικαίου προσηγορίᾳ, σιωπήσας ἐνέγραψε τὸ ὄνομα τῷ ὀστράκῳ καὶ ἀπέδωκεν. οὕτως ἀδιημμόνως ἤνεγκε τὴν κατάγνωσιν ἄδικον.

Cum Athenienses eo concitati essent ut Aristidem ostracismo in exilium agerent, ac rusticus quidam illiteratus testulam ad eum deferens jussisset, ut Aristidis no en inscriberet. Nostine, inquit Aristides, Aristidem? Cum ille negasset se nosse, moleste tamen ferre, quod justus cognomine diceretur, siluit Aristides, & nomen suum inscripsit testulæ, ac reddidit. Tam leni animo ferebat injustã damnationem.

Πίττακος ἀδικηθεὶς ὑπό τινος, καὶ ἔχων ἐξουσίαν αὐτὸν κολάσαι, ἀφῆκεν, εἰπών· συγγνώμη τιμωρίας ἀμείνων. τὸ μὲν γὰρ ἡμέρου φύσεως ἐστί, τὸ δὲ θηριώδους.

Pittacus injuriam passus a quodam, cum illum puniendi potestatem haberet, dimisit, inquiens: Venia melior est vindicta: hæc enim belluini est ingenii, illa mansueti.

Φωκί-

Φωκίωνι τῷ Ἀθηναίῳ ἤδη τῆς κύλικος προσφερομένης, ἐρωτηθεὶς εἴ τι λέγοι πρὸς τὸν υἱόν, Ἐγώ σοι, εἶπον, ἐντέλλομαι καὶ παρακαλῶ μηδὲν Ἀθηναίοις μνησικακεῖν. τοσαύτης τὸ μέγεθος ὑπομονῆς παράδειγμα μόγις ἐν τῷ νυνὶ εὕροις ἂν ἐν πολλοῖς τῶν χριστιανῶν, ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν, ἐν τοῖς θεολόγοις.

Cum Phocioni Atheniensi poculum cicuta temperatum porrigeretur, percontatus est quispiam, si quid filio vellet dicere, nam is aderat. Ego, inquit, tibi, mi fili præcipio, atque etiam obsecro, ne quid ob hujus rei memoriam Atheniensibus male velis. Tam insignis patientiæ exemplum vix hodie reperias inter multos Christianos, non enim libet dicere inter Theologos.

Σωκράτης πρὸς Ξανθίππην πρότερον μὲν λοιδοροῦσαν, ὕστερον δὲ καὶ περιχέασαν αὐτῷ, οὐκ ἔλεγον, εἶπεν, ὅτι Ξανθίππη βροντῶσα, καὶ ὕδωρ ποιήσει.

Socrates, cum Xanthippem diu rixantem tulisset in ædibus, ac tandem fessus consedisset ante fores, illa magis irritata patientia viri, de fenestra perfudit illum lotio: ridentibus qui præteribant, & ipse Socrates arridebat, dicens: Facile divinabam, post tantum tonitru secuturam pluviam.

Ὁ αὐτὸς λακτισθεὶς ἐπὶ ὁδῷ ἠνέσχετο, τινὸς θαυμάζοντος, εἶπε, εἰ δέ με ὄνος ἐλάκτισε, δίκην ἂν αὐτῷ ἐλάγχανον;

Idem cum in via quidam illi per lasciviam calcem impegisset, admirante quodam, quod id pateretur: Quid, inquit, si quis asinus me calce impetivisset, an vocarem illum in jus?

Πρὸς Ἀλκιβιάδην εἰπόντα, οὐκ ἀνεκτὴ Ξανθίππη λοιδοροῦσα, ἀλλ᾽ ἐγώ, ἔφη Σωκράτης, συνείθισμαι, καθάπερ εἰ καὶ τροχιλέας ἀκούων συνεχές.

Alcibiadi demiranti quod Xantippen supra modum

dum rixosam domi pateretur, Ego, inquit, jampridem his assuevi, ut non magis offendar, quam si rotæ, quæ aquam e puteo educit, stridorem quotidie audiam.

Τῷ αὐτῷ ὅμοιόν τι λέγοντι, καὶ σὺ μὲν εἶπε χηνῶν βοώντων ἀνέχῃ. τοῦ δὲ εἰπόντος, ἀλλά μοι ὠὰ καὶ νεοττοὺς τίκτουσι, Κἀμοὶ, φησι, Ξανθίππη παιδία γεννᾷ.

Eidem simile quid dicenti, At tu, inquit Socrates; nonne domi tuæ toleras anserum strepitum? Tolero, inquit Alcibiades, sed anseres mihi pariunt ova & pullos. Et mihi, ait Socrates, mea Xanthippe parit liberos.

Ποτὲ Ξανθίππης ἐν ἀγορᾷ καὶ τὸ θοιμάτιον περιελομένης, συνεβούλευον οἱ γνώριμοι χερσὶν ἀμύνασθαι, Νὴ Δί' εἶπεν, ἵνα ἡμῶν πυκτευόντων ἕκαστος ὑμῶν λέγῃ, Εὖ Σώκρατες, εὖ Ξανθίππη. ἐβουλήθη δὲ μᾶλλον ἀνὴρ ὁ φρόνιμος τῆς ἀνοχῆς ἑαυτοῦ παράδειγμα παρέχειν, ἢ καταγέλαστον ποιῆσαι θέαμα, ἀνδρὸς γυναικὶ μαχομένου.

Cum aliquando Xantippe in publico pallium marito detraxisset, ac familiares eum admonerent, ut tantam injuriam manu ulcisceretur, Pulchre, inquit, nimirum, ut nobis colluctantibus acclametis, Eia Socrates, Eia Xantippe. Maluit autem vir sapiens, tolerantiæ exemplum de se præbere, quam ridiculum exhibere spectaculum viri cum uxore concertantis.

Φιλόσοφός τις μοχθηρὰν ἔχων γυναῖκα, καὶ φλύαρον, καὶ πάροινον, πρὸς τοὺς ἐρωτῶντας, τίνος ἕνεκεν τοιαύτην ἔχων ἀνέχεται, εἶπεν, ὥστε γυμνάσιον καὶ παλαίστραν ἔχειν φιλοσοφίας ἐπὶ τῆς οἰκίας. ἔσομαι γὰρ τοῖς λοιποῖς πρᾳότερος, φησιν, ἐν ταύτῃ καθ' ἑκάστην παιδευόμενος τὴν ἡμέραν. τινὲς δὲ καὶ διὰ τοῦτο ἀγαγέσθαι αὐτὴν αὐτὸν λέγουσιν.

Philosophus quidam, cum uxorem haberet improbam, & garrulam, & ebriosam, percontantibus cur talem ferret: ut domi, inquit, habeam Philosophiæ gymnasium & palestram. Ero enim erga cæteros lenior, hac quotidie institutus. Sunt etiam qui ipsum ob hanc ipsam causam illam duxisse dicant.

Ἆγις ὁ τελευταῖος τῶν Λακεδαιμονίων βασιλέων, ἐξ ἐνέδρας συλληφθεὶς, καὶ καταδικασθεὶς ὑπὸ τῶν ἐφόρων χωρὶς δίκης, ἀπαγόμενος ἐπὶ τὴν βρόχον, ἰδὼν τινα τῶν ὑπηρετῶν κλαίοντα, Παῦσαι, εἶπεν, ὦ ἄνθρωπε ἐπ' ἐμοὶ κλαίειν, καὶ γὰρ οὕτω παρανόμως καὶ ἀδίκως ἀπολλύμενος, κρείττων εἰμὶ τῶν ἀναιρούντων. καὶ ταῦτα εἰπὼν παρέδωκε τῷ βρόχῳ τὸν τράχηλον ἑκουσίως.

Archis Laconicorum regum ultimus, per insidias captus, ac præter meritum ab Ephoris damnatus, cum ad laqueum duceretur, conspiceretque quendã e lictoribus flentem, Desine, inquit, ô homo, meam vicem flere. Nam sic moriens præter jus & æquum melior feliciorque sum his qui me occidunt. Hæc locutus, ulrro collum laqueo tradidit.

Οὐδὲν ὡς εἶπε Χρυσόστομος, οὕτως αἰδεσίμους ποιεῖ, ὡς ὑβριζομένους φέρειν.

Nulla res (ut Chrysostomus dixit) æque facit venerabiles, atque injuriam patienter ferre.

Σωκράτης λακτίσαντος αὐτὸν νεανίσκου θρασέος μάλα καὶ βδελυροῦ, τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ὁρῶν ἀγανακτοῦντας καὶ σφαδάζοντας, ὡς καὶ διώκειν αὐτὸν ἐθέλειν, ἆρα, ἔφησε, καὶ εἴ με ὄνος ἐλάκτισεν ἀντιλακτῆσαι τοῦτον ἠξιώσατε ἄν.

Socrates

Socrates ab adoleſcente admodum feroce & impuro calce impetitus, cum ſuos videret id indigne ferre ac fremere, adeo ut illum in jus trahere vellent, Quid ergo, inquit? Si quis aſinus me calce percuſſiſſet, velletis ut viciſſim ei calcem impingerem?

Ἀριστοφάνους, ὅτε τὰς Νεφέλας ἐξέφερε, παντοίως πᾶσαν ὕβριν αὐτοῦ κατασκεδαννύντος, καὶ τινὸς τῶν παρόντων τὰ τοιαῦτα ἀνακωμῳδοῦντος οὐκ ἀγανακτεῖς εἰπόντος ὦ Σώκρατες; μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε, ἔφησεν, ὡς γὰρ ἐν συμποσίῳ μεγάλῳ τῷ θεάτρῳ σκώπτομαι.

Cum in Ariſtophanis Comœdia, cui titulus Nebulæ, multis & acerbis convitiis proſcinderetur, & aſtantium quidam diceret: Non hæc iniquo animo fers Socrates? Non per Jovem, inquit, ægre fero, ſi in theatro, perinde ut in magno convivio, ſalibus mordeor.

Ὁ αὐτὸς ἀδίκως καταδικασθεὶς, ἀφόβως εἶπεν, οἱ κατήγοροί με ἀποκτεῖναι μὲν δύνανται, βλάψαι δὲ οὐ δύνανται.

Idem injuſte morte damnatus, intrepide dixit: Accuſatores mei occidere me poſſunt, nocere autem mihi non poſſunt.

Διονυσίου προσπτύσαντος τοῦ Ἀριστίππου, ἠνέσχετο. μεμψαμένου δέ τινος, Εἶτα οἱ μὲν ἁλιεῖς, εἶπεν, ὑπομένουσι ῥαίνεσθαι τῇ θαλάττῃ, ἵνα κωβιὸν θηρεύσωσιν· ἐγὼ μὴ ἀνάσχωμαι κράματι ῥανθῆναι, ἵνα βλέννον λάβω: Τῇ τοῦ βλέννου λέξει τὸν βασιλέα αἰνιττόμενος ὃν τῇ ἑαυτοῦ ἀνοχῇ ἐπείρατο ἐπὶ τὴν φιλοσοφίαν παρακαλεῖν· ἡ γὰρ τῶν ἀρχόντων φρόνησις πολλὴν ὄνησιν τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ φέρει.

Ariſtippus conſputus a Dionyſio tyranno, æquo animo eam injuriam tulit: cum autem quidam id ægre ferrent, piſcatores, inquit, ut gobionem capiant, aqua marina ſe patiuntur aſpergi: ego ut balenam capiam, non patiar me aſpergi ſaliva? Balenæ vocabulo regem deſignans,

nans, quem sua patientia conabatur ad philosophiæ studium allicere. Principum enim sapientia vitæ humanæ plurimum utilitatis adfert.

Ἀρκαδίων ὁ τοῦ Ἀχαιοῦ Φίλιππον τὸν βασιλέα ἀεὶ κακῶς λέγοντος, καὶ φεύγειν παραινοῦντος, εἶτα πως ἐν Μακεδονίᾳ φανέντος, ᾤοντο δεῖν οἱ φίλοι κολάσαι, καὶ μὴ περιιδεῖν. ὁ δὲ Φίλιππος ἐντυχὼν αὐτῷ φιλανθρώπως, καὶ ξένια καὶ δῶρα πέμψας, ἐκέλευσεν ὕστερον πυνθάνεσθαι, τίνας λόγους ἀπαγγέλλοι πρὸς τοὺς Ἕλληνας· ὡς δὲ πάντες ἐμαρτύρουν ἐπαινέτην αὐτοῦ γεγονέναι τὸν ἄνδρα θαυμάσιον, Ἐγὼ τοίνυν, ἔφη, βελτίων ἰατρὸς ὑμῶν.

Arcadio Archivus semper maledicta conjiciebat in regem Philippum, eumque ut fuga sibi consuleret, per contemptum hortabatur. Hunc aliquando post in Macedonia deprehensum, cum amici non dimittendum, sed supplicio afficiendum esse dicerent, Philippus eum humaniter compellat, & donis hospitalibus eum ornat. Deinde inquirere jubet, quos de se ille apud Græcos sermones spargat: cum autem omnes testarentur, eum mirabilem Philippi laudatorem factum esse, Ego itaque, inquit, melior quàm vos, medicus sum.

Λέγεται καὶ ἐκεῖνος ὑπὸ τῶν φίλων παροξυνόμενος, ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ὡς εὖ πάσχοντας, καὶ κακῶς αὐτὸν λέγοντας, εἰπεῖν, τί οὖν, ἂν καὶ κακῶς ποιῶμεν αὐτούς.

Dicitur etiam ab amicis suis in Græcos concitatus esse, ut qui beneficiis ab ipso affecti, ei maledicerent; respondisse autem ipsum: Quid ergo agent, si male ipsis faceremus?

Δημοσθένης λοιδορουμένου τινὸς αὐτῷ, οὐ συγκαταβαίνω, εἶπεν εἰς ἀγῶνα,

ἐν

ἐν ᾧ ὁ ἡττώμενος τοῦ νικῶντος ἐστὶ κρείττων.

Demosthenes a quodam convitio lacessitus: Nolim tecum in hoc genus certaminis descendere, dixit, in quo qui vincitur, ipso victore est melior.

Πλάτων λοιδορούμενος ὑπό τινος, λέγε, ἔφη, κακῶς, ἐπεὶ λέγειν καλῶς οὐ μεμάθηκας.

Plato quodam ei maledicente, Perge, inquit, maledicere; ut qui nunquam bene loqui didicisti.

Ἀρίστιππος λοιδοροῦντος αὐτόν τινος, ἔφη· τοῦ μὲν λέγειν κακῶς σὺ κύριος εἶ, τοῦ δὲ δικαίως ἀκούειν ἐγώ.

Aristippus contumeliis a quodam petitus, dixit: Penes te est maledicere: penes me autem bene audire.

Locus V.

DE CONTINENTIA.

Ἀλκαμένης ὁ Λάκων, λέγοντός τινος, ὅτι συνεσταλμένος ζῇ, ἱκανὴν οὐσίαν κεκτημένος, Καλὸν γάρ, ἔφη, πολλὰ κεκτημένον ζῆν κατὰ λογισμόν, καὶ οὐ κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν.

Alcamenes Lacon, exprobanti cuidam quod frugaliter viveret, cum amplas facultates possideret, respondit: Decet eum qui multa possideret, ratione, & non pro libidine, vivere.

Ἀλέξανδρος προτρεπομένων τινῶν αὐτὸν ἰδεῖν τὰς Δαρείου θυγατέρας, καὶ τὴν γυναῖκα διαφέρουσαν κάλλει. αἰσχρόν, ἔφη, τοὺς ἄνδρας νικήσαντας ὑπὸ γυναικῶν ἡττᾶσθαι.

Alexander, cum quidam eum hortarentur, ut Darii filias & uxorem forma præstantem spectaret: Turpe

Turpe futurum dixit, eos, qui vicissent viros, a mulieribus vinci.

Περικλῆς, Σοφοκλέους εὐπρεπῆ παῖδα δεικνύντος αὐτῷ, ὦ Σοφόκλεις, εἶπε, τὸ σώφρονα στρατηγὸν, οὐ μόνον τὰς χεῖρας, ἀλλὰ καὶ τὴν ὄψιν ἔχειν παρ' ἑαυτῷ δεῖ.

Pericles, Sophocle formosum puerum sibi ostendente: O Sophocles, dixit, decet frugi imperatorem, non solum manus, sed etiam oculos continentes habere.

Ἐπεὶ Σκιπίων ὁ πρεσβύτερος Καρχηδόνα κατὰ κράτος εἷλε, τῶν στρατιωτῶν τινὲς αἰχμάλωτον λαβόντες εὐπρεπῆ παρθένον, ἧκον κομίζοντες αὐτῷ τε ἐδίδοσαν, ἡδέως ἄν, ἔφη, ἔλαβον, εἰ γὰρ ἦν ἰδιώτης, καὶ μὴ ἄρχων.

Posteaquam Scipio major Carthaginem (novam) armis ceperat, milites quidam virginem, eleganti forma captam adduxerunt, eique tradiderunt. Hic ille, libenter, inquit, acciperem, si privatus, & non imperator essem.

Ἀρίστιππος τοῦ θεράποντος βαστάζοντος ἐν ὁδῷ ἀργύριον καὶ βαρουμένου, Ἀπόχεε, ἔφη, τὸ πλέον, καὶ ὅσον δύνασαι, βάσταζε.

Aristippus, cum famulus in itinere pecuniam gestans, onere premeretur, Abjice, inquit, quod nimium est, & fer quod potes.

Locus VI.

DE ADULTERIO.

Τοσαύτη μὲν ἦν πότε σωφροσύνη τῶν γυναικῶν τῶν ἐν τῇ Σπάρτῃ, ὥστ' ἄπιστον εἶναι τὸ τῆς μοιχείας παρ' αὐτοῖς. τοιγαροῦν Γεράδατας τις Σπαρτιάτης ἐρωτηθεὶς ὑπὸ ξένου,

τὶ πάσχουσιν οἱ μοιχοὶ παρ' αὐτοῖς [οὐδὲν γὰρ ὁρᾷν περὶ τούτου νενομοθετημένον ὑπὸ Λυκούργου] εἶπεν, Οὐδεὶς, ὦ ξένε, γίνεται μοιχὸς παρ' ἡμῖν, ἐκείνου δὲ ὑπολαβόντος, Ἂν οὖν γένηται, πῶς ἂν ἔφη αὐτὸς μοιχὸς ἐν Σπάρτῃ γένοιτο, ἐν ᾗ πλοῦτος μὲν, καὶ τρυφὴ, καὶ καλλωπισμὸς ἀτιμάζονται, αἰδὼς δὲ καὶ εὐκοσμία, καὶ τῶν ἡγουμένων πειθὼ πρεσβεύονται.

Tanta erat quondam Spartanarũ mulierum pudicitia, ut esset incredibile adulterii crimen apud Spartanos inveniri: ideo quidam Geradas Spartanus interrogatus, quid pœnarum darent apud Spartanos adulteri, neque enim videre se quicquam sancitum de hac re a Lycurgo: Nullus, inquit, apud nos adulter est. Cum ille respondisset. Quid igitur si existat? Quo pacto, inquit Geradas, Spartæ existat adulter, in qua divitiæ, delitiæ, & corporis adscititius cultus probro habentur: contra verecundia, modestia, ac obedientiæ magistratibus debita observatio, decori laudique dantur?

Ἀχθείσης παιδίσκης πρὸς Ἀλέξανδρον τὸν μέγαν, ὡς συναναπαυσαμένης περὶ ἑσπέραν βαθεῖαν, ἠρώτησεν ὅτι τί νῦν καῦτα. τῆς δὲ εἰπούσης, Περιέμενον γὰρ τὸν ἄνδρα κατακλῖναι, πικρῶς ἐπετίμησε τοῖς παισὶν, ὡς μικροῦ δι' αὐτοὺς μοιχὸς γενόμενος. καλὸν τὸ ἁγνείας παράδειγμα ἐν τῷ νεανίσκῳ ἅμα καὶ βασιλεῖ.

Cum puella quædam multa nocte ad Alexandrum Magnum esset deducta, cum eo dormitura, rogavit Rex, ubi fuisset tam diu? illa respondente, se expectasse donec maritus ivisset cubitum, ministros accitos acriter objurgabat: Reducite hanc, inquit, parum enim abfuit, quin vestra culpa factus fuerim adulter. Præclarum castitatis exemplum tum in juvene, tum in rege.

Διονύσιος ὁ βασιλεὺς τὸν

τὸ υἱὸν αἰσθόμενος, ᾧ τὴν ἀρχὴν ἀπολιπεῖν ἔμελλεν, ἀνδρὸς ἐλευθέρου διαφθείραντα γυναῖκα, ἠρώτησε μετ' ὀργῆς, τί τοιοῦτον αὐτῷ συνῄδειν; εἰπόντος δὲ νεανίσκου, Σὺ γὰρ οὐκ εἶχες πατέρα τύραννον, Οὐ δὲ σὺ, εἶπεν, υἱὸν ἕξεις, ἐὰν μὴ παύσῃ ταῦτα ποιῶν.

Dionysius rex, cum intellexisset filium, cui principarum relicturus erat, ingenui viri conjugem adulterasse, iratus interrogavit, An unquã tale quicquam in patre comperisset? Hic adolescens. Tu, inquit, non habebas patrem regem. Nec tu, inquit Dionysius, filium regem habiturus es, nisi talia perpetrare desinas.

Διογένης ἀκούσας ποτὲ ὅτι Διδύμων ὁ μοιχὸς συνελήφθη, Ἄξιος, ἔφη, ἐκ τοῦ ὀνόματος κρεμασθῆναι. Δίδυμοι γὰρ τοῖς Ἕλλησι ὄρχεια λέγονται.

Cum quidam Diogeni referrent, Didymonem mœchum comprehensum, Dignus est, inquit, qui ex ipso nomine suspendatur. Didymi enim Græcis testiculi dicuntur.

Ὁ Σόλων ὁ τῶν νομοθετῶν ἐνδοξότατος, τὴν γυναῖκα, ἐφ' ᾗ ἂν ἁλῷ μοιχὸς, οὐκ εἴασε κοσμεῖσθαι, οὐδ' εἰς τὰ δημοτελῆ ἱερὰ εἰσιέναι, ἵνα μὴ τὰς ἀναμαρτήτους τῶν γυναικῶν ἀναμιγνυμένη διαφθείρῃ.

Solon legumlatorum celeberrimus, mulierem, apud quam erat adulter deprehensus, ornari non sinebat, nec in fana publica ingredi, ne suo interventu integras matronas corrumperet.

Locus VII.

DE AVARITIA.

Διογένης ὡμοίου τοὺς φιλαργύρους τοῖς ὑδρωπικοῖς, ἐκείνους μὲν γὰρ πλήρεις ὄντας ἀργυρίου ἐπιθυμεῖν

θυμεῖν πλεῖον@, τούτους δ' ὕδατος· ἀμφοτέρους δὲ πρὸς κακοῦ ἐπιτείνεσθαι γὰρ μᾶλλον τὰ πάθη, ὅσῳ τὰ ἐπιθυμούμενα πορίζεται.

Diogenes avaros hydropicis comparabat. Illos enim argento plenos, hos autem refertos aqua, amplius desiderare : idque utrosque in sui perniciem. Affectiones enim ipsis eo magis intenduntur, quo largius desiderata consequuntur.

Ἀριστοτέλης φησὶν, ὅτι ὀκτώ τινὲς κοινῇ λῃστεύοντες, ἐστασίαζον πρὸς ἀλλήλους περὶ τῶν σκύλων, καὶ τέσσαρες αὐτῶν κατελείφθησαν. πάλιν οὕτω : πρὸς ἀλλήλους διηνέχθησαν, καὶ δύο κατελείφθησαν, εἶτα εἷς. Ἐκ τούτων μὲν καταμαθεῖν ἐστὶν, ὅτι παρὰ τοῖς ἀνθρώποις τοῖς ἐπὶ τῇ τοῦ πλεονεκτεῖν προαιρέσει ζῶσιν, οὐδὲν οὔτε βέβαιον, οὔθ' ὅσιόν ἐστι.

Tradit Aristoteles octo latrones socios de spoliis inter se certasse, & quatuor eorum interfectos esse. Deinde cæteri quatuor rursum inter se contenderunt, & reliqui facti sunt duo, tandem unus solum superstes mansit. Hinc videre licet, non esse apud istos homines, quorum studia ad avaritiam referuntur, quicquam vel firmi vel sancti.

Σεμίραμις ἡ τῶν Καρῶν βασίλισσα ἑαυτῇ κατασκευάσασα τάφον, ἐπέγραψεν, ὅστις ἂν χρημάτων δεηθῇ βασιλεὺς, διελόντα τὸ μνημεῖον, ὅσα βούλεται λαβεῖν. Δαρεῖος οὖν διελὼν, χρήματα μὲν οὐχ εὗρε, γράμμασι δὲ ἑτέροις ἐνέτυχε τάδε φράζουσιν. Εἰ μὴ κακὸς ἦσθ' ἀνὴρ, καὶ χρημάτων ἄπληστος, οὐκ ἂν νεκρῶν θήκας ἐκίνεις.

Semiramis Carum regina, monumento, quod sibi parari curaverat, inscripsit, Quisquis rex pecuniis eguerit, aperto monumento, quantum voluerit, capiat. Darius id aperiens, nihil quidem invenit pecuniarum, sed ex altero saxi latere hoc inscrip-

tum reperit: Nisi malus vir esses & immodice avarus, pecuniaque inexplebilis, haud quaquam mortuorum loculos moveres.

Περίανδρος εἶπε φειδόμενον κρεῖττον ἀποθανεῖν, ἢ ζῶντα ἐνδεῖσθαι.

Periander dixit, Melius esse hominem parcum mori, quam vivum indigere.

Πλούταρχος ἔλεγεν, Οὔτε παρὰ νεκροῦ ὁμιλίαν, οὔτε παρὰ φιλαργύρου χάριν δεῖν ἐπιζητεῖν.

Plutarchus dicebat, neque a mortuo colloquium, neque ab homine avaro beneficium expectandum esse.

Ὁ αὐτὸς εἶπε. Τὸν βίον τῶν φιλαργύρων νεκροῦ δείπνῳ ὅμοιον εἶναι· πάντα γὰρ ἔχοντα τὸν εὐφρανθησόμενον οὐκ ἔχειν.

Idem dicebat, Vitam hominis avari funebri convivio similem esse: Nam cum nihil non habeat, qui illis oblectetur & fruatur, non habere.

Ὁ αὐτὸς καὶ εἰπεῖν εἰώθει. Ποτὸν μὲν ἔσβεσεν τὴν ποτοῦ ὄρεξιν, καὶ τροφὴ τὴν τροφῆς ἐπιθυμίαν ἠκέσατο: φιλαργυρίαν δὲ οὐ σβεννύουσιν ἀργύριον ἢ χρυσίον.

Idem etiam dicere solebat: Potu restinguitur appetitus bibendi, & cibus desiderio cibi medetur: avaritiam vero non aurum nec argentum exstinguit.

Σωκράτης τοὺς μὲν πλεονέκτας εἴκαζε ταῖς ὄρνισιν, ὧν ἡ μὲν καταπίνει ὅ, τι ἂν περιτύχῃ, καὶ ἔστιν ὅτε πνίγεται· αἱ δ' ἄλλαι παρακολουθοῦσιν ἀφελεῖν αὐτὸ σπεύδουσαι, ἵνα παρὰ μέρος πνίγωσιν.

Socrates homines avaros avibus comparabat, quarum alia deglutit quicquid invenerit, & quandoque suffocatur: aliæ vero sequuntur

guuntur, ut quod habet, ei extorqueant: & ipsæ quoque aliæ post alias suffocantur.

Τίμων στοιχεῖα ἔφη τῶν κακῶν εἶναι, ἀπληστίαν καὶ φιλοδοξίαν. ὅτι ἐκ τούτων πάντα τὰ λοιπὰ κακὰ γίγνονται.

Timon elementa malorum vocabat avaritiam & ambitionem: eo quod ex his cætera vitia omnia provenire viderentur.

Πλάτων πρὸς τὸν ἀεὶ ζητοῦντα χρηματίζεσθαι· ὦ πονηρὲ, εἶπε, μὴ πειρῶ τὴν κτῆσιν αὔξειν, ἀλλὰ τὴν ἐπιθυμίαν μειοῦσθαι.

Plato, ad quempiam accumulandæ pecuniæ semper incumbentem: O improbe, dixit, ne possessioni augendæ studeas, sed minuendæ cupiditati.

Δημόκριτος ἔλεγεν εὐτυχῆ εἶναι τὸν ἐπὶ μετρίοισι χρήμασιν εὐθυμεόμενον· δυστυχῆ δὲ τὸν ἐπὶ πολλοῖσι δυσθυμεόμενον.

Democritus dicebat, Fortunatum esse illum, qui cum exiguis pecuniis hilaris est: infortunatum autem, qui inter magnas opes tristatur.

Ἀριστοτέλης τῶν ἀνθρώπων ἔλεγε, τοὺς μὲν οὕτω φείδεσθαι, ὡς ἀεὶ ζησομένους, τοὺς δὲ οὕτως ἀναλίσκειν, ὡς αὐτίκα τεθνηξομένους.

Aristoteles dicere solebat, quosdam homines tam tenaces esse, quasi semper essent victuri: & alios esse, qui ita profunderent sua bona, ac si statim essent morituri.

Τὰ πονηρὰ κέρδη, τὰς μὲν ἡδονὰς ἔχει μικρὰς, τὰς δὲ λύπας μακρὰς, ἔφη Σωκράτης.

Mala lucra voluptates quidem breves, magnæ vero tristitiæ sequuntur: dixit Socrates.

Βίων πρὸς πλούσιον μικρολόγον,

κεολόγον, Οὐκ οὗτος, ἔφη, τὴν οὐσίαν κέκτηται, ἀλλ' ἡ οὐσία, τοῦτον.

Bion in divitem quendam ſordidum ſic locutus eſt: Hic facultates ſuas non poſſidet, ſed ipſum poſſident facultates.

Διογένης τὴν φιλαργυρίαν εἶπε μητρόπολιν πάντων τῶν κακῶν.

Diogenes dicere ſolitus eſt, Pecuniæ cupiditatem eſſe arcem omnium malorum.

Ανάχαρσις ὁ φιλόσοφος μαθὼν τέτταρας δακτύλους εἶναι τὸ πάχος τῆς νεὼς, τοσοῦτον, ἔφη, τοῦ θανάτου τοὺς πλέοντας ἀπέχειν· ἐπιπλήττων τῇ τῶν ἐμπόρων φιλαργυρίᾳ, τῶν τοῦ κέρδους ἕνεκα ἑαυτοὺς εἰς φανεροὺς κινδύνους καθισταμένων.

Anacharſis Philoſophus, cum cognoviſſet ſpiſſitudinem tabularum nauticarum eſſe quatuor digitorum, Tantillum, inquit, abſunt a morte qui navigant. (Congruit cum hoc Apophthegmate vetus dictum: Tantum diſtat vita navigantium a morte, quantum navis, ſupra aquas eminet. (Hæc vero diſtantia ſæpe non ſuperat ſpatium palmi minoris). Notavit negotiatorum avaritiam, qui lucri gratia ſeipſos in manifeſta pericula conjiciunt.

Locus VIII.

DE EDUCATIONE, INSTITUTIONE & Diſciplina Puerorum.

Μετὰ τὴν Ἀνδρὸς ἥτταν ὁμήρους αἰτοῦντος Ἀντιπάτρου πεντήκοντα παῖδας, Ἐτεοκλῆς εἶπε, παῖδας μὲν οὐ δώσειν, ἵνα μὴ ἀπαίδευτοι γένωνται, τῆς πατρίου ἀγωγῆς ἀτακτήσαντες, οὐδὲ πολῖται γὰρ ἂν εἶησαν· πρεσβύτας δ' ἢ γυναῖκας, εἰ βούλοιτο, διπλασίους δώσειν. ἀπειλοῦντος δ' αὐτοῦ δεινὰ, εἰ μὴ λάβοι.

 λάβοι.

λάβοι, ἀπεκρίναντο κοινῇ, Ἐὰν χαλεπώτερα θανάτου ἐπιτάττῃς, εὐκολώτερον ἀποθανούμεθα. καλῶς συνῆκαν αὐτοὶ οἱ σώφρονες ἄνδρες οὐ μικρὸν διαφέρειν τὸ οὕτως εὐθὺς ἐκ νέων ἐθίζεσθαι, ἀλλὰ παμπολὺ, μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν.

Cum post infelicem regis Agidis pugnam, Antipater a Lacedemoniis quinquaginta pueros obsidum loco posceret, Etocles, qui tunc Ephorus erat, negavit se daturum, ne pueri malis moribus apud peregrinos imbuerentur, patria educatione privati, sine qua, nec cives boni esse possent; se potius senes & mulieres duplo plures daturum esse dixit. Cum autem Antipater atrocia minaretur, si postulata non acciperet, populus una voce respondit: Tu si acerbiora morte imperabis facilius moriemur. Optime intellexerunt homines illi sapientes, non parvi, sed magnopere, atque adeo ad summum referre, utrum sic an secus jam inde a puero assuescamus.

Παῖς παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις ὑπό τινος κολασθεὶς εἰ τῷ πατρὶ ἐξήγγειλεν. αἰσχρὸν ἦν τῷ πατρὶ μὴ προσεντεῖναι ἀκούσαντα πάλιν ἑτέρας.

Puer apud Lacedæmonios castigatus, si querelam ad patrem detulisset, turpe erat patri, si hoc audito, non iterum in filium animadvertisset.

Λυκοῦργος ὁ νομοθέτης, βουλόμενος ἐκ τῆς προϋπαρχούσης διαίτης τοὺς πολίτας εἰς σωφρονεστέραν βίου τάξιν μετάγειν, καὶ καλοκἀγαθικοὺς ἀπεργάζεσθαι [ἀβροδίαιτοι γὰρ ἦσαν] δύο σκύλακας ἀνέθρεψε τοῦ αὐτοῦ πατρὸς καὶ μητρὸς γινομένους, καὶ τὸν μὲν εἴθισε περὶ λιχνείας, οἴκοι ἐάσας· τὸν δὲ ἐπαγόμενος ἤσκησε περὶ κυνηγέσια· ἔπειτα ἀγαγὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἔθηκεν ἀκάνθας καὶ λιχνείας τινὰς, ἀφῆκε δὲ καὶ λαγών. ἐπὶ τὰ συνήθη δὲ ἑκατέρου ὁρμήσαντος, καὶ θατέρου τὸν λαγὼν χειρωσαμένου, εἶπεν, Ὁρᾶτε, ὦ πολῖται, ὅτι τούτου γένους ὑπάρχοντες, ἐν

τῇ βίου ἀγωγῇ παραπολὺ ἀλλήλων διάφοροι ἀπέβησαν, καὶ ποιητικώτερα τῆς φύσεως ἡ ἄσκησις πρὸς τὰ καλὰ τυγχάνει.

Lycurgus ille legislator, cum conaretur cives suos a moribus præsentibus ad temperantiorē vivendi rationē traducere (nam erant corrupti delitiis) duos educavit catulos eodem patre & eadem matre progenitos: quorum alterum passus est domi lautioribus cibis vesci, alterum eductum ad venationem exercuit. Deinde cum ambos in forum, ubi turba convocata erat, produxisset, spinis simul & escis quibusdam delicatioribus illic positis, mox leporem emisit. Sed cum uterque raperetur ad assueta, & alter ad escas ferretur omni impetu, alter leporem invaderet, An non videtis, inquit, cives, duos catulos, cum ex eodem sint genere, tamen ob diversam educationem admodum dissimiles inter se evasisse, plusque ad honestatem momenti habere exercitationem, quam naturam.

Τινὲς δὲ φάσιν, ὡς οὐ πατρῴης σκύλακας, οἳ ἐκ τῶν αὐτῶν γεγονότες ἐτύγχανον, ἀλλ' ὁ μὲν ἐξ οἰκουρῶν, ἕτερος δὲ κυνηγετῶν· κἄπειτα τὸν μὲν ἐκ τοῦ χείρονος γένους πρὸς τὰ κυνηγέσια ἤσκησε, τὸν δὲ ἐκ τοῦ ἀμείνονος περὶ λιχνείας μόνον ἤσκησε εἶθ' ἑκάστου ἐφ' ἃ εἴθιστο ὁρμήσαντος, φανερὸν ποιήσας ὅπου ἡ ἀγωγὴ πρὸς τὰ ἀμείνω καὶ χείρω συλλαμβάνει τι, εἶπεν, Οὐκοῦν καὶ ἡμᾶς, ὦ πολῖται, οὐδὲν ἡ παρὰ τοῖς πολλοῖς θαυμαζομένη εὐγένεια, καὶ τὸ ἀφ' Ἡρακλέους εἶναι ὀνίνησιν, εἰ μὴ πράττοιμεν δι' ἃ ἐκεῖνος ἁπάντων ἀνθρώπων ἐπιδοξότερος καὶ εὐγενέστερος ἐφάνη, ἀσκούμενοι καὶ μανθάνοντες καλὰ δι' ὅλου τοῦ βίου.

Sunt, qui dicant ab illo productos catulos, non quidem ex iisdem parentibus natos, sed quorum alter esset ex ignobiliori canum genere, qui aluntur ad ædium custodiam, alter ex his, qui aluntur ad venandnm. Deinde illum, qui erat ex ignobiliori canum genere, exercuit ad venatum, alterum qui erat ex

præstantiore genere, tantum delitiis exercuit. Deinde cum uterque ferretur ad ea, quibus assueverat, atque hoc pacto palam omnibus fecisset Lycurgus, quantum institutio valeret, tum ad meliora, tum ad deteriora, dixit: Proinde ne vobis quidem, ô cives, nobilitas, quam miratur hominum vulgus, ductumque ab Hercule genus profuerit, nisi ea gesserimus, per quæ ille mortalium omnium clarissimus ac generosissimus exstitit, ac per omnem vitam quæ honesta sunt, & discamus & excerceamus.

Ἀριστοτέλης ἔλεγε, τῶν γονέων τοὺς παιδεύσαντας ἐντιμοτέρους εἶναι τῶν μόνον γεννησάντων, τοὺς μὲν γὰρ τὸ ζῆν, τοὺς δὲ, τὸ καλῶς ζῆν παρέχεσθαι.

Aristoteles dicere solitus est, Parentes, qui recte liberos suos instituissent, multo honorabiliores esse iis, qui tantum genuissent, quod ab his contigisset vivere, ab illis autem bene vivere.

Πλάτων εἶπε, παῖδα πάντων θηρίων εἶναι δυσμεταχειριστότατον.

Plato dixit, Puerum quavis esse bestia intractabiliorem.

Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος, ἀργύριον εἶπε, λαμβάνειν παρὰ τῶν γνωρίμων, οὐχ ἵνα αὐτὸς χρῷτο, ἀλλ' ἵν' ἐκεῖνοι εἰδεῖεν εἰς τίνα δεῖ χρῆσθαι τοῖς ἀργυρίοις

Aristippus ille Philosophus Cyrenæus dicebat, se a notis familiaribusque pecuniam accipere, non quod illis uteretur, sed ut illi discerent, in quos usus pecuniam conferre conveniat.

Ἰσοκράτης ἔφη, χρῆναι τοὺς διδασκάλους πολλοὺς μισθοὺς λαμβάνειν παρὰ τῶν μαθητῶν. παρὰ μὲν τῶν εὐφυῶν, ὅτι πολλὰ μανθάνουσι, παρὰ δὲ τῶν ἀφυῶν, ὅτι πολλοὺς κόπους παρέχουσι.

Isocrates

Iſocrates dixit, Oportere magiſtros multum mercedis accipere a diſcipulis: ab ingenioſis quidem quia multum diſcunt: a rudibus vero, quia multum laboris exhibent.

Ἀντισθένης πρὸς τὸ Ποντικὸν μειράκιον μέλλον φοιτᾶν αὐτῷ, καὶ πυθόμενον τίνων αὐτῷ δεῖ, Φησὶ, Βιβλιαρίου καινοῦ καὶ γραφείου καινοῦ, καὶ πινακιδίου καινοῦ. παρεμφαίνων, μάλιστα πάντων τοῦ νοῦ τῶν κακιῶν ἐλεύθερον ἀναγκαῖον εἶναι.

Antiſthenes Pontico cuidam adoleſcenti, qui ſe in numerum diſcipulorum illius recipi cupiebat, interroganti, quibus rebus ſibi opus eſſet, Libro, inquit, novo, ſtylo novo, novaque tabella. Significans omnium maxime animum a vitiis vacuum neceſſarium eſſe. ¶ In verbis enim jocus eſt ex ambiguo, cum καινοῦ ſit tanquam καὶ νοῦ. νοῦς enim, in genitivo νοῦ, mentem ſeu animam ſignificat. Solent autem adoleſcentes voluptatibus ac delitiis occupatam mentem ad præceptorem adferre, qua res fere in cauſa eſt, ut minus proficiant. At Philoſophia totum animum ſibi poſtulat.

Ἀριστοτέλης ἔλεγε, τοῖς φιλοσοφίας κοινωνήσασι τιμὴν ἐπίρροπον οὐκ ἂν γενέσθαι, ἀλλ' ἴσως ἱκανὸν, ὥσπερ πρὸς θεοὺς, καὶ πρὸς γονεῖς τὸ ἐνδεχόμενον.

Ariſtoteles dicere ſolitus eſt, præceptoribus, qui veram ſapientiam nobis impertiunt, non poſſe parem honorem & par pretium a nobis referri, ſed fortaſſis, ut erga Deum & erga parentes, ſatis eſt referre gratiam, quantum quiſque poſſit.

Διογένης τῷ παιδαγωγῷ παιδὸς ὀψοφαγοῦντος κόνδυλον ἔδωκεν· ὀρθῶς γε, οὐ τοῦ μανθάνοντος, ἀλλὰ τοῦ μὴ διδάξαντος τὸ ἁμάρτημα ποιήσας.

Diogenes pædagogo pueri obſoniis edendis dediti, pugnum incuſſit: & quidem recte, non ei qui non didiciſſet,

didicisset, sed ei qui non docuisset, culpam imputans.

Λάκων ἐρωτηθεὶς, τί παρέχει παιδαγωγῶν, τὰ καλὰ, ἔφη, τοῖς παισὶν ἡδέα ποιῶν.

Laco interrogatus quid utilitatis adferret pueris, quos instituebat, Facio, inquit, ut honesta eis fiant suavia.

Διογένης πυνθανομένου τινὸς, πῶς ἄν τις ἑαυτοῦ διδάσκαλος γένοιτο, εἰ ὑπὲρ ὧν ἐπιτιμᾷ τοῖς ἄλλοις, ἔφη, καὶ ἑαυτῷ ἐπιτιμῴη μάλιστα.

Diogenes sciscitante quodam, quo pacto quis sibi præceptor esse queat, respondit: Si ea, ob quæ alios increpet, etiam sibi ipsi potissimum proponat.

Πλούταρχος εἶπε, πηγὴν καὶ ῥίζαν καλοκἀγαθίας εἶναι, τὸ νομίμου τυχεῖν παιδείας.

Plutarchus dixit, Fontem & radicem omnis honestatis esse, si quis in juventute recte instituatur.

Παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις τῶν πολιτῶν ὃς ἂν μὴ ὑπομένῃ τὴν τῶν παίδων ἀγωγὴν, οὐ μετεῖχε τῶν τῆς πόλεως δικαίων.

Apud Lacedæmonios quisquis ex civibus liberorum institutionem negligeret, civitatis jurium expers erat.

Ἀγησίλαος ἐπιζητοῦντός τινος, τίνα δεῖ μανθάνειν τοὺς παῖδας; Ταῦτ' εἶπεν, οἷς καὶ ἄνδρες γενόμενοι χρήσονται.

Agesilaus interrogante quodam, quænam potissimum pueris essent discenda? Ea, inquit, quibus natu grandiores facti uti possint.

Φίλιππος ὁ Μακεδὼν Ἀλέξανδρον τὸν υἱὸν ἐκέλευσεν Ἀριστοτέλει προσέχειν, καὶ

καὶ φιλοσοφεῖν, ὅπως, ἔφη, μὴ πολλὰ τοιαῦτα πράξῃς, ἐφ' οἷς ἐγὼ πεπραγμένοις μεταμέλομαι.

Philippus Macedo Alexandrum filium hortabatur, ut auscultaret Aristoteli, daretque operam Philosophiæ, Ne inquit, multa committas, quæ me fecisse nunc pœnitet.

Locus XI.

DE BELLO.

Ἀρχίδαμος ὁ Ἀγησιλάου ἐν τῷ Πελοποννησίῳ πολέμῳ τῶν συμμάχων ἐπιζητούντων· πόσα χρήματα ἀρκέσει, καὶ ἀξιούντων ὁρίσαι τοὺς φόρους αὐτοῖς, εἶπεν. ὁ πόλεμος οὐ τεταγμένα σιτεῖται.

Archidamus in bello Peloponnesiaco quærentibus sociis, quantum pecuniæ satis esset, & postulantibus, ut tributorum certum modum præscriberet, Bellum, inquit, non alitur certa mensura: vel, Bellum demenso non pascitur.

Χαβρίας εἰώθει λέγειν, ὅτι φοβερώτερόν ἐστιν ἐλάφων στρατόπεδον, ἡγουμένου λέοντος, ἢ λεόντων, ἐλάφου. νομίζων ὅλην τὴν τοῦ πολέμου τύχην ἐν τῇ τοῦ στρατηγοῦ ἀρετῇ καὶ φρονήσει κεῖσθαι.

Chabrias dicere solebat, Formidabiliorum esse cervorum exercitum duce leone, quam leonum, duce cervo. Sentiens totam belli fortunam pendere a virtute prudentiaque ducis.

Ξενοφῶν φησὶ τὴν εἰρήνην μέγα ἀγαθὸν εἶναι τοῖς ἀνθρώποις. πόλεμον μέγα κακόν.

Xenophon inquit, Pacem maximum esse hominibus bonum, bellum maximum malum.

Φίλων ἔλεγεν, Εἰρήνην κἂν ᾖ σφόδρα ἐπιζήμιος, λυσιτελεστέραν εἶναι πολέμου.

Philo

Philo dicebat, Pacem, etiamsi ea multum incommodi habeat, tamen esse utiliorem bello.

Ἔστι τὸ τοῦ Ἀττικοῦ ῥήτορος ἀληθὲς καὶ ἀξιομνημόνευτον. Τῷ μὲν ἄρξαντι πανταχοῦ μεγάλα ἐπιτίμια ἐπίκειται, τῷ δὲ ἀμυνομένῳ οὐδαμοῦ οὐδὲν ἐπιτίμιον γέγραπται.

Est illa Oratoris Attici vox vera & memoria digna: Incipienti (pugnam) ubique magnæ pœnæ statutæ sunt: Defendenti vero nulla pœna denuntiatur.

Ὁ προκαλούμενος ὡς τὰ πολλὰ ἡττᾶται, κατὰ τὸ τοῦ ψαλμοῦ· Διασκόρπισον ἔθνη τὰ τοὺς πολέμους θέλοντα. Ταύτης τῆς γνώμης καὶ ἐν τῇ φύσει καὶ ἱστορίαις παραδείγματα ὑπάρχουσιν. οὕτω γὰρ γράφει Ἀριστοτέλης τὸν ἀετὸν ἐὰν ἄρξηται, κύκνοι ἀμυνόμενοι νικῶσιν· αὐτοὶ δὲ οὐκ ἄρχουσι μάχης.

Provocator plerumque succumbat, juxta dictum Psalmi: Dissipa gentes quæ bella volunt. Hujus sententiæ & in natura & in historiis exempla proposita sunt. Sic enim scribit Aristoteles: Cygnis, si aquila pugnandi initium fecerit, defensione utentes vincunt. Ipsi vero non incohant pugnam.

Θουκυδίδης εἶπεν ἥκιστα τοὺς πολέμους ἐπὶ ῥητοῖς προχωρεῖν.

Thucydides dixit, Minime bella procedere juxta deliberata. Eodem modo & Annibal dicere solitus est: Nusquam minus, quam in bello, eventus respondent.

Locus X.

DE BENEFICENTIA ET LIBERALItate.

ΑΡταξέρξης ὁ Ξέρξου ὁ μακρόχειρ προσαγορευθεὶς, ἔλεγεν ὅτι τὸ προσθεῖναι

προσεῖναι τῦ ἀφελεῖν βασιλικώτερόν ἐςι.

Artaxerxes Xerxis filius, cognomento Longimanus, dicere solebat, Multo regalius esse addere aliquid quam adimere.

Φίλιππος ὁ Ἀλεξάνδρου πάτηρ πρὸς Φίλωνα τὸν Θηβαῖον εὐεργέτην αὐτοῦ γενόμενον καὶ ξένον, ὁπηνίκα διῆγεν ἐν Θήβαις, ὁμηρεύων, ὕστερον δὲ μηδεμίαν παρ᾽ αὐτοῦ δωρεὰν προσδεχόμενον, Μή με, εἶπεν, ἀφαιροῦ τὸ ἀνίκητον εὐεργεσίας, καὶ χάριτος ἡττώμενον.

Philippus Alexandri pater. cum Thebis esset obses, Philonis Thebani hospitio usus est, multisque insuper beneficiis ab eo affectus, Is cum vicissim nihil muneris a Philippo accipere vellet, Ne me, inquit Philippus bene ficentia superatum hac laude spolies, quod hactenus a nemine beneficiis victus fuerim.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγε, Τῇ προθυμίᾳ τοῦ διδόντος, οὐ τῇ χρείᾳ τοῦ διδομένου, τὴν χάριν μετρῆσαι δεῖν.

Idem dicebat : Minus non usu rei oblatæ, sed studio & animo dantis ponderandum esse.

Περίλλου τινὸς τῶν φίλων τοῦ Ἀλεξάνδρου αἰτήσαντος προῖκα τοῖς θυγατρίοις, ἐκέλευσε πεντήκοντα τάλαντα λαβεῖν, αὐτοῦ δὲ φήσαντος, ἱκανὰ εἶναι δέκα, Σοίγε, εἶπε, λαβεῖν : ἐμοὶ δ᾽ οὐχ ἱκανὰ δοῦναι.

Alexander, cum Perillus quidam, ipsius amicus, filiabus suis ab eo dotem peteret, Jussit illum capere talenta quinquaginta, Cumque is respondisset, decem satis esse, Tibi inquit, accipere tantum satis est, Mihi vero non satis est tantum dare.

Ξενοκράτη τῷ φιλοσόφῳ Ἀλέξανδρος πεντήκοντα τάλαντα

τάλαντα, πέμψας, ὡς ἐκ ἐδέξατο, μὴ δεῖσθαι φήσας, ἠρώτησεν εἰ μηδὲ φίλον ἔχει Ξενοκράτης, Εμοὶ μὲν γὰρ, ἔφη, μόλις ὁ Δαρίου πλοῦτος εἰς τοὺς φίλους ἤρκεσε.

Xenocrati Philofopho Alexander quinquaginta talenta dono misit: ea cum ille recusasset accipere, dicens sibi non esse opus, interrogavit, anne amicum ullum haberet, cui esset opus, Mihi, inquit, vix Darii opes in amicos sufficerent.

Ἐπεὶ Ταξίλης εἷς τῶν Ἰνδῶν βασιλέων ὢν ἀπαντήσας προὐκαλεῖτο μὴ μάχεσθαι, μηδὲ πολεμεῖν Ἀλέξανδρον, ἀλλ' εἰ μὲν ἐστὶν ἥττων, εὖ πάσχειν, εἰ δὲ βελτίων, εὖ ποιεῖν ἀποκρίνατο, περὶ αὐτοῦ τούτου μαχετέον εἶναι, πότερος εὖ ποιῶν περιγένηται καὶ φιλανθρώπως, ἀσπαζόμενος αὐτὸν, οὐ μόνον οὐκ ἀπεστέρησεν αὐτὸν τῆς χώρας, ἀλλὰ καὶ προσέθηκεν αὐτῷ.

Taxiles unus ex numero regum Indiæ, occurrens Alexandro, Provoco, inquit, te non ad pugnam, nec ad bellum, sed ad aliud certaminis genus, Si inferior es, a nobis accipe beneficium, Sin superior, nobis benefacito, Cui Alexander, Atque ob hoc ipsum nos certare oportet, uter benefaciendo superet alterum. Et humanissime complexus illum, non solum non spoliavit ditione, sed auxit etiam.

Ἀντίγονος ὁ Μακεδὼν, Ἀριστοδήμου τῶν φίλων τινὸς ἐκ μαγείρου γεγονέναι δοκοῦντος, συμβουλεύοντος δὲ αὐτῷ τῶν ἀναλωμάτων καὶ τῶν δωρεῶν ἀφαιρεῖν, Οἱ λόγοι σου, εἶπεν, ὦ Ἀριστόδημε περιζώματος ὄζουσιν ἀποδείξας, τὴν φειδωλίαν οὐ τῶν βασιλέων, ἀλλὰ τῶν μαγείρων εἶναι.

Antigonus Macedo, Aristodemo cuidam, qui coci filius esse putabatur, suadenti ut impendiis ac largitionibus aliquid detraheret, verba, inquit, tua Aristodeme, jus olent. Subindicans

indicans coquorũ esse parsimoniam, non regnum.

Διονύσιος ὁ πρεσβύτερος πρὸς τὸν υἱὸν εἰσελθὼν: καὶ θεασάμενος ἐκπομάτων χρυσῶν καὶ ἀργυρῶν πλῆθος ἀνεβόησε, οὐκ ἔστιν ἐν σοὶ τύραννος, ὃς ἀφ' ὧν λαμβάνεις ἀπ' ἐμοῦ ποτηρίων τοσούτων, φίλον οὐδένα σεαυτῷ πεποίηκας.

Dionysius senior, cum ad filium ingressus, conspexisset vasculorum aureorum & argenteorum magnam vim, exclamans, Non est, inquit, in te regius animus, qui his poculis, quæ a me tam multa accepisti, neminem tibi amicum pararis.

Πλούταρχος εἶπεν, οὐχ ἧττον βασιλικὸν καὶ φιλάνθρωπον εἶναι τοῦ μεγάλα διδόναι, τὸ μικρὰ λαμβάνειν εὐμενῶς καὶ προθύμως.

Plutarchus dicere solitus est, Non minus regium & humanum esse, exigua benevole & placide accipere, quam magna dare.

Ναζιανζηνὸς ἔφησε, πολλῷ βέλτιον εἶναι, διὰ τοὺς ἀξίους ὀρέγειν καὶ τοῖς ἀναξίοις, ἢ τοὺς ἀξίους ἀποστερεῖν δέει τῶν ἀναξίων.

Nazianzenus dixit, Multo melius esse, propter dignos etiam indignis benefacere, quam beneficiis privare dignos metu indignorum.

Ὁ αὐτὸς εἶπε, Θεὸν μὴ τῇ ἀξίᾳ τοῦ διδομένου, τῇ δὲ δυνάμει, καὶ τῇ διαθέσει τοῦ καρποφοροῦντος, τὴν ἐπίδοσιν μετρεῖν.

Idem dicebat, Deum non ex pretio rei datæ, sed ex offerentis facultate & animo donum æstimare.

Βασίλειος ἔλεγε, τὸν τὰ ἑτέρου λαμβάνοντα, καὶ ἑτέροις διδόντα, οὐκ ἐλεῆσαι, ἀλλὰ καὶ ἠδικηκέναι αγικίαν τὴν ἐσχάτην.

Basilius dixit, Illum qui aliena rapit, & largitur aliis, non misericordiam,

ſed extremam injuſtitiam exercuiſſe.

Ἀριστοτέλης αἰτιαθεὶς ποτὲ ἔρανον ὑπὸ μοχθηροῦ καὶ παρασχόμενος, ἐπειδὴ ἐπελάβετό τις αὐτοῦ, ὅτι τοιούτῳ ἔδωκεν οὐ τῷ ἀνθρώπῳ, ἔφη, ἔδωκα, ἀλλὰ τῷ ἀνθρωπίνῳ. μοχθηροῖς γὰρ ἐν χρείᾳ βοηθεῖ χρηστὸς ἀνήρ. ὀφείλεται μὲν γὰρ τοῦτο τὸ εὐεργέτημα, εἰ μὴ ταῖς πράξεσι τοῦ εὐεργετουμένου, ὅμως τῇ φύσει. καὶ ἀγαθὸς γίνεσθαι δύναται ὁ μοχθηρὸς ὤν.

Ariſtoteles increpanti quod homini malo dediſſet eleemoſynam, Non homini, inquit, dedi, ſed humanitati. Etiam improbis in neceſſitate ſuccurrit vir bonus. Debetur enim hoc officium ſi non meritis illius qui juvatur, certe naturæ. Et bonus aliquando fieri poteſt, qui malus eſt.

Locus XI.

ALITER VIVERE QUAM Docere.

Τοὺς λέγοντας μὲν τὰ σπουδαῖα, μὴ ποιοῦντας δὲ, Διογένης ἔλεγε, μηδὲν διαφέρειν κιθάρας, καὶ γὰρ ταύτην μήτε ἀκούειν, μήτε αἰσθάνεσθαι.

Qui de honeſtate multa loquerentur, nec recte viverent, Hos Diogenes dicebat Citharæ ſimiles eſſe, quæ ſono prodeſſet aliis, ipſa nec audiret, nec ſentiret quicquam.

Κλεάνθης ἔλεγε, τοὺς ἐκ τοῦ περιπάτου ὅμοιόν τι πάσχειν ταῖς λύραις. αἳ καλῶς φθεγξάμεναι, αὐτῶν οὐκ ἀκούουσιν, ὑποδείξας, τοὺς ἐκ τοῦ περιπάτου καλῶς μὲν διδάσκειν, τὴν ζωὴν δὲ τῆς διδασκαλίας πλεῖστον ἀπέχειν.

Cleanthes dicere ſolebat, Peripateticis idem accidere, quod Lyris, quæ cum aliis bene ſonent, ſeipſas non audiunt: Sentiens Peripateticos præclare quidem docere, ſed vitam a doctrina longe lateque diſtare.

Θαλῆς

Θαλῆς ἐρωτηθεὶς πῶς ἂν ἄριστα καὶ δικαιότατα βιώσαιμεν, Ἐὰν, ἔφη, ἃ τοῖς ἄλλοις ἐπιτιμῶμεν, αὐτοὶ μὴ δρῶμεν.

Thales interrogatus, quo pacto optime & juste viveremus, Si, inquit, quæ in aliis reprehendimus, ea ipsi non faciamus.

Οὐδὲν ὄφελος τῆς κατηχήσεως, ὅταν ἡ διὰ τῶν ἔργων ἐπίδειξις μὴ συμβαίνῃ τοῖς λεγομένοις, ἔφη, Χρυσόστομος.

Nihil juvat institutio verbis facta, nisi ipsius operis exhibitio dictis accedat, dixit Chrysostomus.

Δίδυμος λέγειν εἰώθει. τότε αὔξει διδάσκαλος, καὶ πείθεται λέγων, ὅταν ἀφ' ὧν πράττει παιδεύῃ.

Didymus dicere solitus est, Tunc proficit magister, & fidem dicendo facit, cum suis operibus docet.

Ισίδωρος, ἔφη, βίον ἄνευ λόγου μᾶλλον ὠφελεῖν πεφυκέναι, ἢ λόγον ἄνευ βίου.

Isidorus dicebat, Vitam sine sermone plus juvare posse, quam sermonem sine vita.

Πράττε λογικῶς, καὶ λέγε πρακτικῶς, ἔφη, Ισίδωρος.

Agito cum sermone, & dicito cum actione: dixit Isidorus.

Locus XII.

DE ANIMI BONIS, CULTU Animi, Virtute.

Αντισθένης τοιαῦτα δεῖν, ἔφη, διαποιεῖσθαι ἐφόδια, ἃ καὶ ναυαγήσαντι συγκολυμβήσει. διδάσκων τὰς καλὰς τέχνας πανταχοῦ πολλοῦ ἀξίας εἶναι, καὶ οὐ δύνασθαι ὑπὸ τῆς τύχης ἀφαιρεθῆναι.

Antistenes dixit: Ea paranda esse viatica, quæ simul

ſimul cum naufrago enatarent: Sentiens bonas artes ubique eſſe in pretio, nec poſſe a fortuna eripi.

Σωκράτης ἔλεγε, ἓν μόνον ἀγαθὸν εἶναι, τὴν ἐπιστήμην, καὶ ἓν μόνον κακόν, τὴν ἀμαθίαν· πλοῦτον δὲ καὶ εὐγένειαν οὐδὲν καλὸν ἔχειν, πᾶν δὲ τοὐναντίον, κακόν.

Socrates dicebat unicum eſſe bonum, Scientiam, & contra malum unicum Inſcitiam. Opes vero & nobilitatem, non ſolum nihil in ſe habere honeſtatis, verum & omne malorum genus ex eis oriri.

Ὁ αὐτὸς ἠξίου τοὺς νέους συνεχῶς κατοπτρίζεσθαι, ἵν' εἰ μὲν καλὸν εἶεν ἄξιοι γίγνοιντο. εἰ δ' αἰσχροὶ παιδείᾳ τὴν δυσείδειαν ἐπικαλύπτοιεν.

Idem hortabatur juvenes, ut ſe ſubinde ad ſpeculum contuerentur, ut ſi ergegia forma eſſent, nihil ea committerent indignum, Sin minus, eam deformitatem eruditione tegerent, hoc eſt, quod corpori deeſt, id ingenii cultu penſarent.

Πρὸς τὸν πραγματίζον αὐτοῦ τῷ πλάσει μειράκιον, Εἰπέ μοι φησὶν Ἀντισθένης, εἰ φωνὴν λάβοι ὁ χαλκός, ἐπὶ τίνι ἂν σεμνυνθῆναι. τοῦ δ' εἰπόντος, Ἐπὶ κάλλει, Οὐκ, αἰσχύνῃ οὖν, ἔφη, γεγηθὼς ἀψύχῳ; Σημαίνων μᾶλλον προσήκειν σεμνύνεσθαι ἐπὶ τοῖς τῆς ψυχῆς ἀγαθοῖς, ἢ ἐπὶ τῷ κάλλει, ὅπερ αὐτῷ κοινὸν ὑπῆρχε πρὸς τοὺς ἀνδριάντας.

Quidam adoleſcens curarat ſeſe ex ære ſculpendum, & ad eam imaginem ſeſe conformabat. Hinc Antiſthenes, Si æs, inquit, poſſet vocem edere, qua de re potiſſimum gloriaretur? De pulchritudine, ait adoleſcens. Non igitur, inquit, erubeſcis, cum de re inanima gloriaris? Significans, magis gloriandum eſſe

eſſe de bonis animi, quam de forma, quam haberet cum ſtatua communem.

Χάριλλος ἐρωτηθεὶς, τίνα νομίζει πολιτείαν ἀρίστην, ἔφη, Ἐν ᾗ περὶ ἀρετῆς πλεῖστοι πολιτευόμενοι πρὸς ἀλλήλους, ἄνευ στάσεως ἀγωνίζονται.

Carilus interrogatus, quam arbitraretur optimam Rempublicam, Reſpondit, In qua plurimi cives inter ſe de virtute decertant, citra ſeditionem.

Locus XIII.

DE HONORE VIRTUTI HAbito.

Ἀντισθένης ἔφη, τότε τὰς πόλεις ἀπόλλυσθαι, ὅταν μὴ δύνωνται τοὺς φαύλους ἀπὸ τῶν σπουδαίων διακρίνειν, τουτέστιν, ὅταν οἱ ἀγαθοὶ οὐκ εὐεργετῶνται προσηκόντως, καὶ οἱ κακοὶ οὐχ ἱκανὴν δίκην δῶσι τῶν ἁμαρτημάτων.

Antiſthenes dicebat, tunc civitatibus exitium imminere, cum in his nullum eſſet bonorum & malorum diſcrimen. Hoc eſt, cum boni non ornantur præmiis, & mali non ſuſcipiunt pœnas ſceleribus ſuis dignas.

Σόλων ὁ σοφὸς ἐκείνην εἶπεν ἄριστα οἰκεῖσθαι τὴν πόλιν, ἐν ᾗ τοὺς ἀγαθοὺς συμβαίνει τιμᾶσθαι· κάκιστα δὲ οἰκεῖσθαι, ἐν ᾗ τοὺς κακούς.

Solon ille ſapiens optime habitari dixit illam civitatem, in qua boni honorantur: peſſime autem illam, in qua mali.

Μὴ τιμωμένης ἀρετῆς, ἡ κακία παῤῥησιάζεται· ἔφη, Σέξτος.

Ubi virtus non honoratur, ibi malitia libertate fruitur. dixit Sextus.

Λύσανδρος, Πέρσου ἐρωτήσαντος ποίαν μάλιστα ἐπαινεῖ πολιτείαν, ἥτις ἔφη, τοῖς

τοῖς ἀνδρείοις δειλοῖς τὰ προσήκοντα ἀποδίδωσιν· ᾠήθη τὴν ἀρετὴν ἄθλοις παρακαλεῖσθαι, καὶ τοὺς ἀνάνδρους τῇ ἀτιμίᾳ παροξυνθῆναι.

Lysander interrogante Persa, quam Rempublicam maxime probaret, Eam, inquit, in qua fortibus ac meticulosis viris, congrua utrisque reddantur. Sensit virtutem præmiis invitari, ignavos excitari ignominia.

Πάντες ἔσονται πονηροὶ, μηδεμίαν τιμὴν τῆς ἀρετῆς ἐχούσης· ἔλεγεν Οὐλπιανός.

Virtus si honore privetur, quotusquisque erit, qui eam amplectatur? dicebat Ulpianus.

Ὁ αὐτὸς εἶπεν. ὁ τὰς τιμὰς ἀφαιρῶν, οὗτος ἀναιρεῖ καὶ τὴν πολιτείαν.

Idem dicebat: Qui honores tollit, is una cum honoribus Rempublicam tollit.

Κάτων ὁ πρεσβύτερος ἔλεγε, τοὺς τὴν ἀρετὴν τῆς τιμῆς ἑαυτῆς ἀποστεροῦντας, τὴν ἀρετὴν αὐτὴν τῆς νεότητος ἀφαιρεῖσθαι· ἡγούμενος ἄθλοις τοὺς νεωτέρους πρὸς τὴν ἀρετὴν προτρέπειν δεῖν, ἃ ἐὰν ἀφέλῃς, αὐτὴ ἀρετὴ παρακμάζει.

Cato senior dicebat, Eos, qui virtutem suo honore defraudarent, ipsam virtutem a juventute auferre. Sentiens præmiis juvenum animos accendendos esse ad virtutem, quæ si detrahas, ipsa virtus languescit.

Ἀντίγονος ἐπεὶ νεανίσκος ἀνδρείου πατρὸς, αὐτὸς δὲ μὴ πάνυ δοκῶν ἀγαθὸς εἶναι στρατιώτης, ἠξίου τὰς τοῦ πατρὸς λαμβάνειν ἀποφορὰς, Ἀλλ' ἐγὼ, εἶπεν, ὦ μειράκιον, ἀνδραγαθίας, οὐ πατραγαθίας μισθοὺς καὶ δωρεὰς δίδωμι. Τούτῳ τῷ λόγῳ νεανίσκῳ παρακελευόμενος, τὴν τοῦ πατρὸς ἀνδρείαν μιμεῖσθαι, εἰ ὅσον αὐτὸς λαμβάνειν εἴωθε, τοσοῦτον ἂν ἤθελε δέχεσθαι.

Antigonus adolescenti cuidam, qui patrem habuerat

buerat fortem, quanquam ipse non admodum, ut videbatur, bonus erat miles, postulanti, ut patris stipendia caperet. At ego, inquit, ô adolescentule, non ob patrias, sed proprias cujusque viri virtutes mercedem ac munera dare soleo. Hoc sermone juvenem exstimulans, ut patris fortitudinem æquaret, si quantum ille capere soleat, vellet accipere.

Locus XIV.

DE BONORUM RARITATE.

Διογένης λύχνον μεθ' ἡμέραν ἅψας, Ἄνθρωπόν, φησι, ζητῶ, αἰνιττόμενος τοὺς τῆς πόλεως τρόπους τοσοῦτον εἶναι διεφθαρμένους, ὥστε μόλις ἀνθρώπου ἀξίους εἶναι.

Diogenes quodam tempore lucernam accensam gestans obambulabat clarissima luce, Hominem, inquit, quæro. Indicans ita civitatis mores esse corruptos, ut vix homine digni sint.

Ναζιανζηνὸς ἔλεγε· σπάνιον τὴν τοῦ ἀγαθοῦ κτῆσιν καὶ προσάντες εἶναι, κἂν εἰ πολὺ τὸ μεθέλκον εἴη καὶ προκαλούμενον.

Nazianzenus dixit: Raram & arduam esse possessionem boni, licet multa sint, quæ ad bonum alliciant, & provocent.

Ὁ αὐτὸς εἶπε, Κακίας ῥᾷον μεταλαβεῖν, ἢ ἀρετῆς μεταδοῦναι.

Idem dicebat, Facilius esse vitii participem fieri, quam virtutem communicare.

Ὁ αὐτὸς ἐκ τοῦ βαλανείου ἐξιὼν, τῷ μὲν πυθομένῳ εἰ πολλοὶ ἄνθρωποι λοῦνται, ἠρνήσατο. τῷ δ' εἰ καὶ πολὺς ὄχλος; ὡμολόγησεν, Οἰόμενος τὴν ἀνθρώπου λέξιν ὀλίγοις ἁρμόττειν.

Idem, cum e balneis redeun-

redeuntem quidam rogaſſent, num illic eſſet multum hominum, negavit eſſe. Rurſus interrogatus, an illic eſſet multa turba, annuit, Significans hominis vocabulum in paucos competere.

Ἐπανιὼν καὶ ἀπὸ Ὀλυμπίων· πρὸς οὖν τὸν πυθόμενον, εἰ ὄχλος ἦν πολὺς; Πολὺς μὲν εἶπεν, ὁ ὄχλος, ὀλίγοι δὲ ἄνθρωποι.

Sic redeuntem ex Olympiis quidam interrogabat, vidiſſetne illic multam turbam? Turbam, inquit, plurimam, ſed homines perpaucos.

Ὁ αὐτὸς ἔφη, πρόχειρον πρᾶγμα τὴν μοχθηρίαν εἶναι, καὶ οὐδὲν οὕτω ῥᾴδιον, ὡς τὸ γενέσθαι κακόν.

Idem dixit: In promptu eſſe improbitatem, neque quicquam tam facile eſſe, quam fieri malum.

Πολλὴ πρὸς τὴν κακίαν ὁδὸς ἡ εὐκολία, καὶ ὀξύρροπος ἐπὶ τὸ χεῖρον ἡ φύσις, ἔλεγε Χρυσόστομος.

Magna facilitas eſt ad malitiam, & ad deteriora proclivis natura delabitur, dixit Chryſoſtomus.

Locus XV.

DE AMBITIONE, ARROGANTIA, Superbia, Jactantia.

Ἀλέξανδρος ὁ μέγας, ἐλαφρὸς μὲν ὢν καὶ ποδώκης, παρακαλούμενος ὑπὸ τοῦ πατρὸς, Ὀλύμπια δραμεῖν στάδιον, Εἴγε, ἔφη, βασιλεῖς ἕξειν ἔμελλον ἀνταγωνιστάς.

Alexander magnus cum levitate corporis & pedum celeritate polleret, patri hortanti, ut in Olympiis ſtadium decurreret, Facile, inquit, ſi reges habiturus eſſem concertatores.

Ἀρίστιππος σεμνυνομένου τινὸς

τινὸς ἐπὶ πολυμαθίᾳ, ἔφη, Ὥσπερ οὐχ οἱ τὰ πλεῖστα ἐσθίοντες, ὑγιαίνουσι μᾶλλον τῶν τὰ δέοντα προσφερομένων· οὕτως οὐχ οἱ πολλὰ, ἀλλ' οἱ χρήσιμα ἀναγινώσκοντες εἰσι σπουδαῖοι.

Aristippus cuidam jactanti se, quod esset πολυμαθὴς, hoc est, multiplicis eruditionis. Quemadmodum, inquit, non hi, qui plurimum edunt, melius valent iis, qui sumunt, quantum opus est: Ita non qui plurima, sed qui utilia legerunt, studiosi & eruditi habendi sunt.

Διογένης πρὸς τὸν λέγοντα περὶ τῶν μετεώρων, Ποσταῖος, ἔφη, πάρει ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ.

Diogenes cuidam de rebus cœlestibus ad ingenii ostentationem multa differenti, Quam nuper, inquit, de cœlo venisti?

Ἀριστοτέλης θεασάμενος νεανίσκον καταφρυνάμενον, μηδὲν δὲ ἐπιστάμενον· νεανίσκε, ἔφη, οἷός μοι δοκεῖς αὐτὸς εἶναι, ἐγὼ γενοίμην. οἷος δὲ τῇ ἀληθείᾳ ὑπάρχεις, τοιοῦτοί μοι οἱ ἐχθροὶ γένοιντο.

Aristoteles adolescentulum superciliis sublatis superbientem conspicatus, sed nulla scientia præditum, Adolescentule, inquit, Utinam talis essem, qualis tu tibi videris: qualis autem revera es, tales fiant hostes mei.

Γάϊος Καῖσαρ πολίχνιον λυπρὸν ἐν ταῖς Ἄλπεσι παρερχόμενος, τῶν φίλων διαπορούντων εἰ κἀνταῦθα στάσεις εἰσὶ καὶ ἅμιλλαι περὶ πρωτείων, ἐπιστὰς καὶ σύννους γενόμενος, Μᾶλλον, ἔφη, ἐβουλόμην πρῶτος ἐνταῦθα εἶναι, ἢ δεύτερος, ἐν Ῥώμῃ.

C. Cæsar castellum sterile in Alpibus prætergrediens, cum amici dubitarent, an & ibi de principatu contentiones æmulationesque essent, primum cogitabundus restitit, ac deinde dixit, Mallem hic esse

primus, quam Romæ secundus.

Ὁ αὐτὸς τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις ἀναγινώσκων ἐδάκρυε, καὶ πρὸς τοὺς φίλους εἶπεν, ὅτι ταύτην τὴν ἡλικίαν ἔχων ἐνίκησε Δαρεῖον, ἐμοὶ δὲ μέχρι νῦν οὐδὲν πέπρακται.

Idem legens res gestas Alexandri, flevit, adque amicos, hoc, inquit ætatis, qua ego sum, Alexander vicit Darium, a me vero ad hunc usque diem nihil præclari facinioris gestum est.

Τοὺς μὲν ἀσκοὺς τὸ πνεῦμα διΐστησι, τοὺς δὲ ἀνοήτους ἀνθρώπους τὸ οἴημα· ἔλεγε, Σωκράτης.

Utres aer distendit, homines autem stultos falsa de se opinio: dixit Socrates.

Ἀλέξανδρος ἔτι παῖς ὢν, πολλὰ τοῦ Φιλίππου κατορθοῦντος, οὐκ ἔχαιρεν, ἀλλὰ πρὸς τοὺς συντρεφομένους ἔλεγε παῖδας, Ἐμοὶ δὲ ὁ πατὴρ οὐδὲν ἀπολείψει, τῶν δὲ παίδων λεγόντων ὅτι Ταῦτα σοὶ κτᾶται. Τί δὲ ὄφελος, εἶπεν, ἐὰν ἔχω μὲν πολλὰ, πράξω δὲ οὐδέν.

Alexander puer adhuc, cum Philippus pater multa præclara feliciterque gereret, nequaquam eo gaudebat, sed ad pueros æquales ac collactaneos dicebat, pater mihi nihil relicturus est. Illis contra dicentibus, Imo hæc omnia tibi parat. Quid prodest inquit Alexander, si multa possidens agam nihil?

Ὁ αὐτὸς Ἀναξάρχου περὶ κόσμων ἀπειρίας ἀκούων, ἐδάκρυε, καὶ τῶν φίλων ἐρωτώντων ὅτι πέπονθεν, Οὐκ ἄξιον, ἔφη, δακρύειν, εἰ κόσμων ὄντων ἀπείρων, ἑνὸς οὐδέπω κύριον γεγόναμεν.

Idem cum audivisset Anaxagoram disserentem, innumerabiles esse mundos, illacrymasse dicitur. Rogantibus nunquid accidisset lacrymis dignum, An non videor, inquit, merito flere, qui cum mundi

di ſint innumerabiles, nos nondum unius domini facti ſumus?

Τιμόθεος ὁ τοῦ Κόνωνος εἰς τὴν τύχην αὐτοῦ τὰ κατορθώματα, τῶν ἐχθρῶν τιθεμένων, καὶ γραφόντων ἐν πίναξι κοιμώμενον ἐκεῖνον, τὴν δὲ τύχην δικτύῳ τὰς πόλεις περιβάλλουσαν, ἀγροικιζόμενος καὶ χαλεπαίνων πρὸς τοὺς ταῦτα ποιοῦντας, ὡς ἀποστερούμενος ὑπ' αὐτῶν τῆς ἐπὶ ταῖς πράξεσι δόξης, ἔφη, τότε πρὸς τὸν δῆμον ἐπανήκων ἐκ στρατείας, οὐδὲν, Ἀθηναῖοι ἄνδρες, τῇ τύχῃ μέτεστι. πρὸς Τιμόθεον μὲν οὖν φασὶν οὕτω φανέντα φιλότιμον ἀντιμειρακιεύσασθαι τὸ δαιμόνιον, ὥστε μηδὲν ἔτι πρᾶξαι λαμπρὸν, ἀλλ' ὅλως ἀποτυγχάνοντα τῶν πράξεσι καὶ προσκρούοντα τῷ δήμῳ, τέλος ἐκπεσεῖν τῆς πόλεως.

Cum inimici Timothei Cononis filii, præclara ipſius facta fortunæ adſcriberent, & in tabulis dormiente illo fortunam urbibus retia circumponentem pingerent ille acrius irritari, & pingentibus graviter ſuccenſere cœpit, quaſi rerum ab ſe geſtarum gloria privaretur. Aliquando autem ab expeditione re benè geſta rediens, ad populum converſus, Viri Athenienſes, inquit, hujus rei bellicæ nullam ſibi partem fortuna vendicet. Ipſam deinde fortunam adverſus ambitioſum Timotheum adeo irritatā ferunt, ut nullum deinceps inſigne facinus ab eo perpetratum eſſe conſtet, ſed iniquis prorſus belligerantem auſpiciis, & populum ſemper offendentem, ex ipſa demum patria ejectum profugiſſe.

Φασί τινες ὅτι κοσμήσας ἑαυτὸν ὁ Κροῖσος παντοδαπῶς, καὶ καθίσας εἰς τὸν θρόνον, ἤρετο Σόλωνα, εἴ τι θέαμα κάλλιον τε θέαται· ὁ δὲ ἀλεκτρυόνας εἶπε, φασιανοὺς καὶ ταὼς· φυσικῷ γὰρ ἄνθει κεκόσμηνται καὶ μυρίῳ καλλίονι.

Narrant quidam Crœſum aliquando regio more veſtitum ſediſſe in throno,

ac interrogasse Solonem, an unquam simile spectaculum vidisset? illum vero respondisse; se gallos, phasianos & pavones majores cum admiratione spectasse, Quod color nativus longe superet artificialem.

Φίλιππος ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς πεσὼν ἐν παλαίστρα καὶ ματαστραφεὶς, ὡς εἶδε τοῦ σώματος τὸν τύπον, ὦ Ἡράκλεις, εἶπεν, ὡς μικροῦ μέρους τῆς γῆς φύσει μετέχοντες, ὅλης ἐφιέμεθα τῆς οἰκουμένης.

Philippus Macedonum rex, aliquando in palestra cadens, cum surgens corporis sui vestigium in pulvere vidisset, Dii boni, inquit, Universum orbem appetimus, cum natura minimam terræ partem sortiti simus?

Δάμις πρὸς τὰ ἐπισταλέντα παρὰ τοῦ Ἀλεξάνδρου θεὸν εἶναι ψηφίσασθαι, Συγχωροῦμεν, ἔφη, Ἀλεξάνδρῳ, ἐὰν θέλῃ θεὸς καλεῖσθαι, κατεγέλασιν αὐτῆς ὁ σοφὸς τῆς κενῆς τῶν ἀρχόντων φιλοτιμίας, νομίζοντος δύνασθαι ἀναῤῥηθῆναι θεοὺς ὑπὸ τῶν οὐδὲν ἄλλο, ἢ ἀνθρώπους ὄντων.

Damis, cum Alexander Magnus per literas petiisset, ut decreto (Lacedæmoniorum) in numerum deorum referretur, Concedimus, inquit, Alexandro, ut si ita vult, Deus vocetur. Irrisit stultam principis ambitionē, qui putaverit ab iis posse creari deos, qui ipsi nihil aliud essent, quam homines.

Ὁρῶν ὁ Σωκράτης τὸν Ἀλκιβιάδην τετυφωμένον ἐπὶ τῷ πλούτῳ, καὶ μέγα φρονοῦντα ἐπὶ τῇ περιουσίᾳ, καὶ τοῖς ἀγροῖς, ἤγαγεν αὐτὸν εἰς τινα τῆς πόλεως τόπον, ἔνθα ἀνέκειτο πινάκιον, ἔχον γῆς περίοδον, προσέταξε τῷ Ἀλκιβιάδῃ τὴν Ἀττικὴν ἐνταῦθα ἀναζητεῖν, ὡς δ' εὗρε προσέταξε καὶ τοὺς ἰδίους ἀγροὺς αὐτοῦ διαθρῆσαι, τοῦ δὲ εἰπόντος, ἀλλ' οὐδαμοῦ γεγραμμένοι εἰσὶν· ἐπὶ τούτοις οὖν, εἶπε, μεγαφρονεῖς, οἳ περὶ

οὐδὲν

ὐδὲν μέρος τῆς γῆς εἰσίν.

Socrates Alcibiadem ob divitias inflatum, & superbientem opibus prædiisque, in quendam civitatis locum duxit, in quo suspensa erat tabula, terræ circuitum complexa. Jussit igitur Alicibiadem Atticam in ea quærere: quam ut invenit, sua etiam prædia inspicere præcepit. Quæ cum Alcibiades nusquam esse picta diceret: Cur igitur, Socrates inquit, ob illa superbis, quæ circa nullam terræ partem exsistunt?

Ἀριστοτέλης καταvοήσας μειράκιον ἐπὶ πολυτελείᾳ τῆς χλαμύδος σεμνυνόμενον, οὐ παύσῃ, ἔφη, μειράκιον ἐπὶ προβάτου δορᾷ σεμνυνόμενος.

Aristoteles cum animadvertisset sumptuosa chalamyde adolescentulum se jactantem: Non desines, inquit, adolescenlule ovis pelle gloriari?

Locus XVI.

DE CALUMNIA, MALEDICENTIA, Obtrectatiome.

Θεαρίδας ξίφος ἀκονῶν, ἠρωτήθη εἰ ὀξύ ἐστι, Καί, εἶπεν, ὀξύτερον διαβολῆς. αἰνιττόμενος, τὴν διαβολὴν πάντων βλαβερώτατον εἶναι.

Thearidas, cum gladium acueret, rogatus a quopiam, Num acutus esset? Acutior, inquit, calumnia, indicans, Rem omnium nocentissimam esse calumniam.

Διογένης ἀκούσας ποτὲ πονηροῦ τὸν τρόπον κακῶς λέγοντος Πλάτωνα· παῦσαι, ἔφη, οὔτε γὰρ κακῶς λέγων ἐκεῖνον πιστευθήσῃ, οὔτε ἐκεῖνος σε ἐπαινῶν.

Diogenes, cum audivisset aliquando hominem moribus perversis Platonem maledictis inecessere,

 Desine,

Desine, inquit: neq; enim tu male de illo dicendo fide mereberis, neque is te laudando.

Μέμνων ὁ Ἀλεξάνδρῳ πολεμῶν ὑπὲρ Δαρείου τοῦ βασιλέως, μισθοφόρον τινὰ πολλὰ βλάσφημα καὶ ἀσελγῆ περὶ Ἀλεξάνδρου λέγοντα, τῇ λόγχῃ πατάξας, Ἐγώ σε, εἶπε, τρέφω, μαχούμενον, ἀλλ' οὐ λοιδορούμενον Ἀλεξάνδρῳ.

Memnon dux, quo tempore pro Dario rege bellum gerebat adversus Alexandrum, militem quendam mercenarium, Alexandro petulanter maledicentem, hasta percussit, Ego te, inquiens, alo, non ut Alexandro maledicas, sed ut cum eo pugnes.

Φίλιππος ὁ Ἀλεξάνδρου πατὴρ τοῖς τῶν Ἀθηναίων δημαγωγοῖς, ἔφη, χάριν ἔχειν, ὅτι λοιδοροῦντες αὐτὸν, βελτίονα ποιοῦσι, καὶ τῷ λόγῳ καὶ τῷ ἤθει. Πειρῶμαι γὰρ αὐτοὺς, εἶπεν, ἅμα καὶ τοῖς λόγοις, καὶ τοῖς ἔργοις ψευδομένους ἐλέγχειν.

Philippus Alexandri pater dicebat se his, qui in Republica Atheniensi administranda primores essent, plurimam habere gratiam, quod suis conviciis efficerent, ut ipse tum oratione, tum moribus evaderet melior, quia conor, inquit, illos dictis pariter & factis mendacii arguere.

Λοίδορόν τινα ἐξελάσαι τῶν φίλων κελευόντων, οὐκ ἔφη, ποιήσειν, ἵνα μὴ περιϊὼν ἐν πλείοσι μὴ κακῶς λέγῃ.

Quidam petulantioris linguæ maledicta conjicere solebat in Philippum: quare amici eum hortabantur, ut ejiceret in exsilium. At ille negavit se hoc facturum, Ne, inquiens, oberrans inter plures male de me loquatur.

Δίωνι ἀκαδημαϊκῷ ἀπὸ συμποσίου ἀναστρέφοντι παρεπόμενός κακῶς τὶς ἔλεγε,

γε, καὶ βλασφημίας οὐδὲν ἀπολίμπανεν· ὁ δ' ἡσύχως εἶχεν, ὡς δὲ καὶ ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἦλθε, μέλλοντι αὐτῷ εἰσιέναι ὁ λοιδορῶν, τί δαὶ, ἔφη. πρὸς ὃν εἶπεν ὁ Δίων, οὐδὲ γρῦ.

Dionem Academicum e convivio redeuntem, quidam maledicus insectabatur, nullas non blasphemias eructans. Tacebat Dion. Ingressuro autem jam domum convitiator ille dicebat: Nihil vero respondes? cui Dion: Ne gry quidem.

Φλείσαρχος λέγοντός τινος ὅτι κακολόγος τὶς αὐτὸν ἐπῄνει, Θαυμάζω, εἶπεν, εἰ μή τις αὐτῷ ἔφη, ὅτι ἀπέθανον. ζῶντα γὰρ ἐκεῖνος οὐδένα καλῶς λέξαι δύναται.

Phlistarchus cuidam narranti, ipsum a maledico quodam laudari, demiror, inquit, si quis illi dixit, me mortuum esse, Nam ille de vivo loqui bene potest nemine.

Ἀριστοτέλης ἀκούσας ὑπό τινος λοιδορεῖσθαι, Ἀπόντα με, ἔφη, καὶ μαστιγούτω. διδάσκων, περιστήκειν καταφρονεῖν τῶν μὴ βλαπτόντων, ἐὰν μή τις βλάπτεσθαι νομίσῃ.

Aristoteles, cum accepisset, quendam in ipsum dixisse convitia, Absentem, inquit, vel loris cedat. Docens ea prorsus contemnenda, quæ non lædunt, nisi quis se lædi putet.

Διονύσιος ὁ βασιλεὺς ἀκούσας, δύο νεανίσκους πολλὰ βλάσφημα περὶ αὐτοῦ καὶ τῆς τυραννίδος εἰρηκέναι παρὰ πότον, ἀμφοτέρους ἐκάλεσεν ἐπὶ δεῖπνον. ὁρῶν δὲ τὸν μὲν παροινοῦντα καὶ λυροῦντα πολλὰ, τὸν δὲ κοσμίως καὶ μετ' εὐλαβείας ταῖς πόσεσι χρώμενον, ἐκεῖνον μὲν ἀπέλυσεν, ὡς φύσει παροινήσοντα· τοῦτον δὲ ἀνεῖλεν ὡς δύσνουν καὶ πολέμιον ἐκ προαιρέσεως.

Dionysius rex, cum audivisset duos adolescentes multa contumeliose de ipso & tyrannide inter compotandum dixisse, utrosque vocavit ad cœnam.

Cum autem videſſet alterum ex temulentia petulantem & multa nugantem, alterum vero modeſte & caute bibentem: illum ut natura ebrioſum & ſtolidum dimiſit, hunc vero interfecit, tanquam ex animi propoſito malevolum & inimicum.

Φίλιππον τὸν Ἀλεξάνδρου πατέρα, ἐλοιδόρει τὶς τῶν κακογλώττων ἀνθρώπων. καὶ παρῄνεσαν οἱ φίλοι διώκειν τὸν λοίδορον. ὁ δὲ ἔφη, οὐκ ἔστι καλὸν τοῦτο ποιῆσαι, ἵνα μὴ ἐν πλείοσι περιερχόμενος κακῶς λέγῃ ἡμᾶς.

Philippum Alexandri patrem convitio afficiebat quidam effreni lingua prædius, Cumque amici hortarentur, eum ut convitiatorem perſequeretur: Non eſt, inquit ille, hoc faciendum, ne magis irritatus plura in nos jaciat maledicta.

Ἀλέξανδρος πυθόμενος ὑπό τινος λοιδορεῖσθαι, Βασιλικὸν, ἔφη, ἐστὶν εὖ ποιοῦντα, κακῶς ἀκούειν.

Cum Alexander audiviſſet eſſe quendam, qui convitiis ipſum impeteret, Regium eſt, inquit, cum benefeceris, male audire.

Χρυσόστομος εἶπεν. Οὐ δυνατὸν τοὺς ἐν ἀρετῇ ὄντας παρὰ πάντων καλῶς ἀκούειν.

Chryſoſtomus dixit: Non poſſe fieri, ut illi qui virtutem colunt, bene audiant ab omnibus.

Θουκυδίδης ἔφη, Διαβολὰς οὐ σῶφρον οὔτε λέγειν πρὸς ἀλλήλους, οὔτε τοὺς ἀκούοντας ἀποδέχεσθαι.

Thucidides, inquit: Non decet calumnias neque aliis narrare, neque audiendo ſuſcipere.

Locus

Locus XVII.

DE CURIOSITATE, ΠΟΛΥπραγμοσύνη.

Θαλῆν εἰς τὸν οὐρανὸν ὁρῶντα, καὶ ἐμπεσόντα εἰς βάραθρον θεράπαινα θεωρεῦσα, δίκαια παθεῖν, ἔφη, ὃς τὰ παρὰ ποσὶν ἀγνοῶν, τὰ ἐν οὐρανῷ ἐσκόπει.

Thaletem in cœlum suspicientem, & lapsum in barathrum ancilla conspicata, merito id illi accidisse dicebat: qui cum quæ ante pedes essent ignoraret, cœlum contemplaretur, ut cognosceret.

Ἐξεταζόντων τινῶν, εἰ ὁ κόσμος ἔμψυχος, καὶ αὖθις εἰ σφαιροειδὴς ὑμεῖς, εἶπεν Δημώναξ, περὶ τοῦ κόσμου πολυπραγμονεῖτε, περὶ δὲ τῆς ἑαυτῶν ἀκοσμίας οὐ φροντίζετε.

Cum quidem exquirerent, an mundus esset animatus; & rursus, an globosus: vos, inquit, Demonax, de mundo soliciti estis, at vestram ipsorum immunditiem non curatis.

Ἀστρολόγου τινὸς καὶ ἀγορᾷν ἐπιδεικνῦντος ἔν τινι πινακίῳ καταγράφους τοὺς ἀστέρας, καὶ φάσκοντος, ὅτι οὗτοι εἰσὶν οἱ πλανώμενοι τῶν ἀστέρων, Διογένης ἐπακούσας μὴ ψεῦδον, εἶπεν, ὦ ἑταῖρε· οὐ πλανώμενοι, ἀλλὰ οὗτοι, δείξας αὐτῷ τοὺς παρακαθεζομένους.

Cum Astrologus quidam in foro stellas in tabella quadam depictas monstraret, atque diceret, En tibi hic stellas errantes, audiens Diogenes: ne mentiare, inquit, Bone vir: stellæ enim non errant, sed illi, ostensis illis qui assidebant.

Εὐκλείδης ἔλεγεν ὑγιαίνοντα νοσεῖν πάντα περίεργον, τὸ τὰ ἀλλότρια πολυπραγμονοῦντα.

Euclides dicere solitus

est, omnem curiosum, aliena solicite curantem, valentem ægrotare.

Ξενοφῶν εἶπεν, ἀδύνατον πολλὰ τεχνώμενον ἄνθρωπον πάντα καλῶς ποιεῖν.

Xenophon dixit, Neminem posse multa simu facere, & eadem recte.

Φωκίων ὁ Ἀθηναῖος ἔλεγε, χαλεπὸν πολλὰς ὁδοὺς ἅμα τοῦ βίου βαδίζειν.

Phocion Atheniensis dixit, difficile esse, multas vias simul ingredi.

Locus XVIII.

DE CONCORDIA.

ΣΚίλουρος ὀγδοήκοντα παῖδας ἄρρενας ἀπολιπὼν, ἐπεὶ τελευτᾶν ἔμελλε, δεσμὴν ἀκοντίων ἑκάστῳ προτείνων ἐκέλευσε καταθραῦσαι· πάντων δ' ἀπαγορευσάντων, καθ' ἓν αὐτὸς ἐξελῶν ἀκόντιον, πάντα ῥᾳδίως συνέκλασε· διδάσκων ἐκείνους, ὅτι συνεστῶτες ἰσχυροὶ διαμενοῦσι, ἀσθενεῖς δὲ ἔσονται διαλυθέντες καὶ στασιάσαντες.

Scilurus octoginta habens liberos masculos, quum esset moriturus, fasciculum iaculorum singulis porrexit, jussitque rumpere. Id cum singuli faterentur impossibile, ipse singula jacula exemit, facileque fregit, filios admonens iis verbis, Si concordi eritis, validi invictique manebitis. Contra si dissidiis & seditione distrahemini, expugnatu eritis faciles.

Ἀγησίλαος ἐπιζητοῦντός τινος διὰ τί ἀτείχιστος ἡ Σπάρτη, οὐ λίθοις, ἔφη, καὶ ξύλοις δεῖ τετειχίσθαι τὰς πόλεις, ταῖς δὲ τῶν ἐνοικούντων ἀρεταῖς, ὡς εἰ συζεύγνυσιν, ἡ ὁμόνοια, οὐδὲν τεῖχος δύναται εἶναι μᾶλλον ἀνάλωτον.

Interrogatus Agesilaus, Cur Sparta non cingeretur mœnibus; Respondet, Civitatem

vitatem non saxis, sed incolentium virtute muniri oportere, quos si jungat concordia, nullus potest esse murus inexpugnabilior,

---

Ἀντισθένης ἔφη, ὁμονούντων ἀδελφῶν συμβίωσιν παντὸς τείχους ἰσχυροτέραν εἶναι.

Antisthenes dicere consuevit, Fratrum concordiam quovis muro firmius esse munimentum.

Λέων Βυζάντιος ἧκε δή ποτε τοῖς Ἀθηναίοις στασιάζουσι διαλεξόμενος. ὀφθεὶς δὲ μικρὸς καὶ γελασθεὶς, τί δὲ εἴπεν, εἰ τὴν γυναῖκα μου θεάσαισθε μόλις ἐξικνουμένην πρὸς τὸ γόνυ, πλείων οὖν ἐγένετο γέλως ἀλλ᾽ ἡμᾶς ἔφη, μικροὺς οὕτως ὄντας, ὅταν διαφερώμεθα πρὸς ἀλλήλους, ἡ Βυζαντίων πόλις οὐ χωρεῖ.

Leo Bizantius venit Athenas ad populum inter se dissidentem atque discordantem orationem habiturus: Ubi autem in suggestum prodiisset, ob staturæ brevitatem risu exceptus est. Hic ille, quid, inquit, o viri Athenienses, si uxorem meam videretis quæ tam pusilla est, ut vix ad genua mea pertingat? Ad hanc vocem cum major etiam populi risus concitatus esset, At nos, inquit, ita parvos, ubi inter nos dissidemus, vix civitas Constātinopolis capere potest. ¶ Sed alii hanc narrationem hoc modo & quidem probabilius ac festivius recitant. Cum Leo Bizantinus prodiisset ad populum dicturus de concordia, ipsa statim specie risum movit populo, quia obesus esset, ac ventre prægrandi. At illi nihil turbatus risu multitudinis, quid, inquit, ridetis viri Athenienses? Uxor mihi est me multo obesior, & tamen concordes unus capit lectulus, discordes ne tota quidem domus

---

Locus XIX.

DE CONVIVO.

Σωκράτης καλέσας ἐπὶ δεῖπνον πλουσίους, καὶ τοὺς

τῆς Ξανθίππης αἰδουμένης, ἔφη, Θάῤῥει. εἰ μὲν γὰρ εἶεν μέτριοι, συμπεριενεχθεῖεν ἄν. εἰ δὲ φαῦλοι, ἡμῖν αὐτῶν οὐδὲν μελήσει.

Socrates invitaverat divites aliquos ad cœnam: ob id cum ſolicita eſſet Xanthippe, quod apparatus eſſet perquam exiguus, Bono animo ſis, inquit Socrates, Nam ſi frugi temperanteſque ſunt, boni conſulent: ſin minus, nulla nobis horum cura eſſe debet. Alii ſic referunt: Cum admoneretur ab amico Socrates, quod excepturus hoſpites admodum tenuem feciſſet apparatum, Si boni ſunt, inquit, ſatis erit, ſin minus, plus ſatis.

Τῶν εἰσιόντων εἰς τὰ συσσίτια, ἑκάστῳ δεικνύων ὁ πρεσβύτατος τῶν Λακεδαιμονίων τὰς θύρας διὰ τούτων, φησὶν, οὐδεὶς ἐξέρχεται λόγος. διδάσκων, οὐδὲν τῶν μεταξὺ παῤῥησίας ἐν συμποσίῳ εἰρημένων, ἐξαγορεύειν δεῖν.

Ad publica convivia ingredientibus, qui natu erat maximus inter Lacedæmonios, ſingulis oſtendebat fores, dicens, Per has nullus egredietur ſermo. Admonens nihil effutiendum, ſi quid liberius dictum eſſet in convivio.

Τιμόθεος τῇ προτεραίᾳ δεδειπνηκὼς ἐν Ἀκαδημίᾳ παρὰ Πλάτωνι μουσικὸν καὶ λιτὸν δεῖπνον, εἶπεν, ὡς οἱ παρὰ Πλάτωνι δειπνήσαντες καὶ εἰσαύριον ἡδέως γίνονται διδάσκων, τὰ λιτὰ δεῖπνα, πάντων ἥδιστα καὶ ὑγιεινότατα εἶναι.

Timotheus, cum pridie in Academia cœnæ Platonis Philoſophicæ ac frugali interfuiſſet, dixit: Qui cum Platone cœnarent, eos poſtridie etiam ſuaviter vivere. Innuens frugales cœnas, omnium ſaluberrimas & jucundiſſimas eſſe.

Οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐν τοῖς συσσιτίοις ἃ μὲν λιτὰ ἦν, ἵνα οἱ νέοι ἐθίζωνται μηδέποτε γίνεσθαι πλήρεις

τῶ

περὶ τὰ μέλη ἐσπούδαζον, ἃ μὲν οὐδὲν ἕτερον εἶχεν, ἢ ἐπαίνους τῶν γενναίως ζησάντων, καὶ ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀποθανόντων, ἢ ψόγους τῶν τρεσάντων. Τριῶν δὲ χορῶν ὄντων κατὰ τὰς τρεῖς ἡλικίας· ὁ μὲν τῶν γερόντων, ἀρχόμενος ᾖδεν, Ἄμες ποτ' ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι, εἶτα ὁ τῶν ἀκμαζόντων ἀνδρῶν ἀμειβόμενος, Ἄμες δέ γ' ἐσμέν· αἰ δὲ θέλῃς, αὐγάσδεο, ὁ δὲ τρίτος ὁ τῶν παίδων· Ἄμες δέ γ' ἐσσόμεθα πολλῷ κάρρονες.

Lacones in conviviis publicis (quæ frugalissima instituebant, ut frugalitati inde juventus assuefieret) carminum utebantur ratione, quæ vel laudes essent eorum, qui generose vixissent, ac pro patria mortui essent : vel vituperationes eorum, qui timidi fuissent. Instituebant autem tres choros secundum tres ætates : quorum primus, qui senior erat, canebat *Nos olim validi fuimus juvenes* : Secundus florentis ætatis respondebat, *Nos autem sumus, ac si vis contemplare* : Tertius puerorum cantabat, *At nos erimus multo fortiores.*

Βάῤῥων ἔγραψε, τὸν τῶν συνδειπνούντων ἀριθμὸν οὐκ ἐλάττω εἶναι δεῖν τῶν χαρίτων, οὐδὲ πλείω τῶν μουσῶν· τουτέστιν, οὐκ ἐλάττους τριῶν, οὔτε πλείους, ἢ ἐννέα.

Varro scripsit, numerum convivarum non debere minorem esse, quam Gratiarum numerus sit, neque numerosiorem quam Musarum, Hoc est, Non debere esse pauciores quam tres, neque plures, quam novem.

Πλούταρχος ἔφη, δεῖν τὸν ἐπὶ δεῖπνον ἥκοντα, τοῖς παρακειμένοις χρῆσθαι, καὶ μηδὲν αἰτεῖν ἄλλο, μηδ' ἐξελέγχειν.

Plutarchus dixit, Eum, qui ad convivium venit, debere illis, quæ apponuntur uti, neque vel alia postulare, vel apposita culpare.

O' Ai-

Ὁ Αἰγύπτιος σκελετὸς, ὃν ἐπιεικῶς εἰσφέροντες εἰς τὰ συμπόσια προτίθενται, καὶ παρακαλοῦσι μεμνῆσθαι τάχα ἔσεσθαι τοιούτους ἐσομένους. καὶ περ ἄχαρις καὶ ἄωρος ἐπίκωμος ἥκων, ὅμως ἔχει τινὰ καιρὸν, εἰ μὴ πρὸς τὸ πίνειν καὶ ἡδυπαθεῖν, ἀλλὰ πρὸς φιλίαν καὶ ἀγάπησιν ἀλλήλων προτρέπεται, καὶ παρακαλεῖ τὸν βίον, μὴ τῷ χρόνῳ βραχὺν ὄντα, πράγμασι κακοῖς μακρὸν ποιεῖν.

Ægyptii in convivia sua inferre solebant sceletum, id est, exsiccata hominis atque inter se compacta ossa, hortarique convivas, ut meminerint, se non multo post tales fore. Is quanquam ingratus & intempestivus est commessator, tamen suum habet locum, non ad potum & voluptates, sed ad mutuum amorem dilectionemque cohortans, monensque vitam breve tempus sortitam, non debere malis rebus longam reddi.

Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς ἔν τινι πότῳ ξένον ἰδὼν κατακείμενον σιωπῇ, καὶ μηδενὶ διαλεγόμενον, ὦ ἄνθρωπε εἶπεν, εἰ μὲν ἠλίθιος εἶ, σοφὸν πρᾶγμα ποιεῖς, εἰ δὲ σοφὸς, ἠλίθιον· ἀμαθίαν γὰρ ἄμεινον κρύπτειν ἔργον δὲ ἐν ἀνέσει καὶ παρ' οἶνον.

Simonides Poeta quodam in convivio cum videret hospitem accumbere tacitum, & cum nemine verba commutantem, Mi homo, dixit, siquidem stultus es, sapiens factum edis: sin sapiens stultum. Etenim inscitiam præstat occultare: verum hoc difficile est inter pocula.

Ἐπεὶ Φίλιππος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς ὑπό τινος ξένου κληθεὶς ἐπὶ δεῖπνον· ἐν ὁδῷ πολλοὺς ἐπήγετο. καὶ τὸν ξένον ἑώρα θορυβούμενον (ἦν γὰρ οὐχ ἱκανὰ τὰ παρεσκευασμένα) προπέμπων τῶν φίλων ἑκάστῳ, πλακοῦντι χώραν ἐκέλευεν ἀπολιπεῖν· οἱ δὲ πειθόμενοι καὶ προσδοκῶντες οὐκ ἤσθιον πολλά, καὶ πᾶσιν οὕτως ἤρκεσε.

Philippus Macedonum rex ab hospite quodam invitatus

vitatus ad cœnam, inter eundum forte obvios secum adduxit umbras. Ubi autem sensit hospitem turbari, quod tam multis non sufficeret apparatus, præmisso ad singulos amicos puero, jussit ut placentæ servarent locum: illi persuasi dum placentam inspectant, paululum edebant: ita factum est, ut cæna sufficeret omnibus. Faceto joco simul & elusit amicos, & hospitis pudori subvenit.

Διογένης πρὸς τὸν πυθόμενον ποίᾳ ὥρᾳ δεῖ ἀριστᾶν· Εἰ μὲν πλούσιος, ἔφη, ὅταν θέλῃ, εἰ δὲ πένης ὅταν ἔχῃ.

Diogenes interroganti quanam hora prandendum esset, Si dives est, inquit, quando vult, si pauper est, quando habet.

Ἐν ταῖς ἑστιάσεσι μέμνησο, ὅτι δύο ὑποδέχῃ σῶμα καὶ ψυχὴν, καὶ ὅ, τι ἂν τῷ σώματι δῷς, τοῦτο διαθεῖς ἐξέχεαι. ὅ, τι δὲ ἂν τῇ ψυχῇ, διαπαντὸς τηρεῖς. ἔφη Ἐπίκτητος.

In convivlis memento tibi duos hospites excipiendos esse, nempe corpus & animam: & quicquid in corpus contuleris, id statim effundi: quod autem in amimam, perpetuo servari.

Χίλων ἔφασκεν, Ἐπὶ μὲν τὰ δεῖπνα τῶν φίλων βραδέως, ἐπὶ δὲ τὰς ἀτυχίας ταχέως πορεύεσθαι δεῖν.

Chilo dicere solebat, Ad convivia amicorum tarde, ad calamitates vero eorum cito accedendum esse.

Πρέπει (ὥσπερ τὶς νουνεχόντως εἶπε) τὸ συμπόσιον εἶναι ὅμοιον τοῖς γράμμασιν, ὧν τὰ μὲν ἐστι φωνήεντα, τὰ δὲ ἡμίφωνα, τὰ δὲ ἄφωνα. φωνήεντα μὲν εἰσιν οἱ γέροντες, οἱ πεπαιδευμένοι, καὶ οἱ φρόνιμοι, καὶ οἱ ἔμπειροι. ἡμίφωνα δὲ εἰσιν οἱ νεώτεροι οἱ ἐρωτώμενοι, συντόμως καὶ κοσμίως ἀποκρινέσθωσαν εἰδὲ ἐρωτώμενοι, ἔστωσαν

σαν ἄφωνοι, οὐδὲ τοῖς ἄλλοις λέγουσι παρενοχλείτωσαν.

Convivium (ut quidam sapienter dixit) sit simile Alphabeto, in quo sunt Literæ, Vocales, Semivocales, & Mutæ. Vocales sunt senes, docti, prudentes, usu periti. Semivocales sunt juvenes, qui interrogati breviter & modeste respondeant. Non interrogati, sint muti, nec alios loquentes interpellent.

Locus XX.

DE DEO.

Θαλῆς ἐρωτηθεὶς, τί ὁ Θεός; τὸ μήτε ἀρχὴν, μήτε τελευτὴν ἔχον, ἔφη.

Thales Milesius interrogatus, quid esset Deus? Quod principio & fine caret, respondit.

Ο᾽ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς τί πρεσβύτατον τῶν ὄντων ὁ Θεὸς, ἔλεγεν, ὅτι ἀγέννητος. τί κάλλιστον; κόσμος, εἶπε, ποίημα γὰρ Θεοῦ. τί μέγιστον; τόπος· ἅπαντα γὰρ χωρεῖ. τί τάχιστον; νοῦς. διὰ παντὸς γὰρ τρέχει. τί ἰσχυρότατον; ἡ ἀνάγκη· κρατεῖ γὰρ πάντων. τί σοφώτατον; ὁ χρόνος, ἔφη, εὑρίσκει γὰρ πάντα.

Idem interrogatus, quid esset omnium vetustissimum? respondit, Deus, ideo quod nunquam esse cœpit. Quid esset pulcherrimum? ait, Mundus: est enim opus Dei, quo nihil est pulchrius. Quid maximum? Locus: Capit enim omnia. Quid velocissimum? Mens: Discurrit enim per universa hominis cogitatio. Quid robustissimum? Necessitas sive fatum: Superat enim omnia. Quid sapientissimum? Tempus: Nam invenit omnia.

Ο᾽ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς, εἰ λήθοι Θεὸν ἄνθρωπος ἀδικῶν, Ἀλλ᾽ οὐδὲ διανοούμενος, ἔφη.

Idem interrogatus num lateret Deum homo injuste agens,

agens, Respondit, Ne cogitans quidem.

Αἴσωπος ἐρωτηθεὶς, τί πράττει ὁ Ζεὺς, Τὰ μὲν ὑψηλὰ ταπεινοῖ, τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψοῖ.

Æsopus interrogatus quid ageret Jupiter? respondit, Excelsa humiliat, & humilia extollit. ¶ Idem respondit, Θεὸν τὰ μὲν οἰκοδομεῖν, τὰ δὲ καταβάλλειν. Id est, Deum alia ædificare, alia destruere.

Ὁ Ξενοφῶν παρῄνει τῶν Θεῶν εὐτυχοῦντας μάλιστα μεμνῆσθαι καὶ τιμᾶν, ὅπως ὅταν ἐν χρείᾳ γινώμεθα, θαῤῥοῦντες αὐτοὺς παρακαλῶμεν, ὡς εὐμενεῖς ὄντας ἤδη καὶ φίλους.

Xenophon dicebat tum maxime colendos esse Deos, cum homini res sunt secundæ: ut cum inciderit necessitas, confidenter illos imploremus, utpote benevolos jam & amicos.

Ἡρόδοτος ἔφη· φιλέει ὁ Θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν. οὐ γὰρ ἐᾷ φρονέειν ἄλλον μέγα ὁ Θεὸς ἢ ἑαυτόν.

Herodotus dixit: Solet Deus omnia sublimia mutilare, nec sinit quenquam spiritus altos gerere, cum ipse solus sit altissimus.

Ὁ Θεὸς πολλάκις χαίρει, τοὺς μὲν μικροὺς, μεγάλους ποιῶν, τοὺς δὲ μεγάλους, μικρούς· εἶπεν ὁ Ξενοφῶν.

Solet Deus ex magnis parvos facere, & ex parvis magnos: dixit Xenophon.

Δημοσθένης ἔλεγεν· ἀεὶ συμφέρον εἶναι ἀκούειν τῶν κρατούντων τοῦ Θεοῦ, τοίνυν ἀκουστέον τοῦ ἀεὶ κρατοῦντος.

Demosthenes dicebat: Semper expeditius obedire, qui rerum potiuntur, Deo igitur parendum, qui in æternum dominatur.

Bias

Βίας ἔφη, ὅταν ἀγαθὸν πράσσῃς Θεὸν, μηδὲ σεαυτὸν αἰτιῶ.

Bias dicere solebat: Cum bonum quid feceris, non tibi, sed Deo id adscribe.

Ἀπὸ Θεοῦ χρὴ πάντα ἀρχόμενον ἀεὶ λέγειν τε καὶ νοεῖν. ἔλεγεν ὁ Πλάτων.

Unusquisque, sive dicturus sive cogitaturus, a Deo ordiri debet: dixit Plato.

Πύθων ὁ Αἴνιος, ἐπαινούντων αὐτὸν τῶν Ἀθηναίων τῶν καλῶς αὐτοῦ πραχθέντων ἕνεκα, ταῦτα, εἶπε, Θεῶν τις ἔπραξεν, ἐγὼ δὲ τὰς χεῖρας ἔχρησα.

Pytho Ænius, laudantibus ipsum Atheniensibus ob res feliciter gestas. Diis, inquit, habenda est gratia, quibus auctoribus hoc facinus præclare gestum est. ¶ Nam ego nihil alium, quam manum & operam meam commodavi. Eventus rei in manu Dei est, & huic debetur gratia, si quid feliciter cesserit. Sed interim vult Deus nostram operam accedere.

Βίας συμπλέων ποτὲ ἀσεβέσι χειμαζομένης τῆς νεὼς, κἀκείνων τοὺς Θεοὺς ἐπικαλουμένων: σιγᾶτε, ἔφη, μὴ αἴσθωνται ὑμᾶς ἐνθάδε πλέοντας.

Bias navigans aliquando cum scelerosis & impiis hominibus, cum periclitarentur in summa maris tempestate, & Deos invocarent: Silete (inquit) ne illi vos hic navigare sentiant.

Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς ὑπὸ ἀσεβοῦς ἀνθρώπου, τί ποτέ ἐστιν εὐσέβεια, ἐσίγα· τοῦ δὲ τὴν αἰτίαν τῆς σιγῆς πυθομένου σιωπῶ, ἔφη, ὅτι περὶ τῶν οὐδὲν σοι προσηκόντων πυνθάνῃ.

Idem percontanti impio homini, quid esset pietas, nihil respondit: cumque ille silentii caussam sciscita-

ſciſcitaretur, Quia, inquit, de rebus ad te nihil pertinentibus, interrogas.

Ἐπίκτητος ἔλεγεν. Ὅπου τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβές.

Epictetus dicere ſolitus eſt: Ubi utilitas eſt, ibi etiam eſt pietas, hoc eſt. Ubi lucrum aliquod apparet, ibi homines præ ſe ferunt & ſimulant pietatem.

Ἀριστοτέλης εἶπε, Θεοῦ μὲν εἶναι, πράττειν ἃ βούλεται, ἀνθρώπου δὲ τὰ δέοντα προθυμεῖσθαι.

Ariſtoteles dicebat, Dei eſſe agere quæ velit: hominis autem, illa quæ honeſta ſint, in animum inducere, ſeu ſibi agenda proponere.

Εὐκλείδης ὁ φιλόσοφος, ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, ὁκοῖοί τινες εἰσὶν οἱ θεοὶ, καὶ τίνι χαίρουσι. τὰ μὲν ἄλλα οὐκ οἶδα (εἶπεν) τοὺς μέντοι φιλοπράγμονας ὅτι μισοῦσι, ἀσφαλῶς οἶδα.

Euclides Philoſophus a quodam interrogatus quales ſint dii, quaque re gaudeant. Cetera quidem ignoro, inquit, ac curioſos illis odio eſſe certo ſcio.

Locus XXI.

DE ELOQUENTIA VANA.

Ἀγησίλαος ἐπαινοῦντός τινος ῥήτορα ἐπὶ τῷ δυνατῶς αὔξειν τὰ μικρὰ πράγματα, Οὐδὲ σκυτοτόμον, ἔφησεν, ἡγοῦμαι σπουδαῖον, ὃς μικρῷ ποδὶ ὑποδήματα μεγάλα περιτίθησι, Σημαίνων, τὸ ἀληθὲς ἐν τῷ λέγειν μάλιστα ἀποδεκτέον.

Ageſilaus quodam rhetorem hoc nomine laudante, quod mirifice res exiguas verbis amplificaret, Ego, inquit, ne ſutorem quidem arbitror bonum, qui parvo pedi magnos induat calceos: Innuens, veritatem

veritatem in dicendo maxime probandam esse.

Λάκων ἀκέων ῥήτορ☉ μεγάλας στρέφοντ☉ περιόδες, Ἀλλὰ νὴ τὼ Σιὼ, εἶπεν ἀνδρεῖός γε ὁ ἄνθρωπ☉ περὶ ἐδὲν ὑποκείμενον δὲ στροβιλοῖ τὴν γλῶσσαν.

Lacon oratorem audiens magnas periodos vertentem, vehemens quidem homo iste (inquit) ad nullum propositum bene volvit linguam.

Ἀλλός τις τίλας ἀηδόνα, καὶ βραχεῖαν πάνυ σάρκα εὑρὼν, εἶπε, φωνὴ τυτίς ἐσσι, καὶ ἐδὲν ἄλλο.

Alius quidam Lacon, cum in luscinia plumis revulsis minimum reperisset carnium, Vox, inquit, es, præterea nihil. In eos dici potest, qui præter garrulam linguam ac magnifica verba nihil habent.

Κτησιφῶντα εἰπόντα περὶ τῦ τυχόντ☉ δύνασθαι ὅλην τὴν ἡμέραν λέγειν, οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐξέβαλλον, φάμενοι τὸ ἀγαθὸν μυθητὰν δεῖν τοῖς πράγμασι ἴσον λόγον ἔχειν.

Ctesiphontem Lacedæmonii civitate ejecerunt, quod se de re quavis profiteretur totum diem dicere posse, dicentes, Boni oratoris esse, sermonem habere rebus parem.

Πλάτων, Ἀντισθένους ποτὲ ἐν τῇ διατριβῇ μακρολογήσαντ☉, ὐκ οἶδας, ἔφη, ὅτι τοῦ λόγου μέτρον ἐστὶν ὐχ ὁ λέγων, ἀλλ' ὁ ἀκέων.

Plato cum Antisthenes aliquando in diatriba longam orationem habuisset, Ignoras, inquit, quod dicendi modus non penes audientem sit.

Ἀλεξανδρίδας τῷ τὰ δέοντα, μὲν λέγοντι, πλείω δὲ τῶν ἱκανῶν, ὦ ξένε, ἔφη, ὐκ ἐν δέον τι τῷ δέοντι χρῇ.

Alexan-

Alexandridas, cum quidam opportuna quidem loqueretur, sed pluribus quam sat erat, hospes, inquit, re necessaria in non necessario uteris.

Δημοσθένης θεασάμενος τινα δημαγωγὸν ἀφυῆ, μέγα βοῶντα ἔφη, Ἀλλ' οὐ τὸ μέγα, εὖ ἐστὶ τὸ δ' εὖ, μέγα.

Demosthenes cum audiret oratorem egregie vociferantem, Non, inquit, quod magnum est, bene est, sed quod bene est, magnum est.

Σαμίων πρεσβευταῖς μακρολογοῦσιν εἶπαν οἱ Σπαρτιᾶται, τὰ μὲν πρῶτα ἐπιλελάθαμες, τὰ δὲ ὕστερα οὐ συνήκαμες, διὰ τὸ τὰ πρῶτα ἐπιλελᾶσθαι.

Samiornm legatis prolixiore oratione utentibus dixerunt Spartani, Prima sumus obliti, postrema non intellexerimus, quia prima non meminimus.

Locus XXII.

DE ERUDITIONE, DOCTRINA, Philosophia, Artibus Liberalibus, Studiis litterarum, Institutione.

Ἀρίστιππος ὁ φιλόσοφος ἐρωτηθεὶς τίνι διαφέρουσιν οἱ πεπαιδευμένοι τῶν ἀπαιδεύτων, ἔφη, Ὥσπερ οἱ δεδαμασμένοι ἵπποι τῶν ἀδαμάστων.

Aristippus Philosophus, interrogatus, quod esset inter doctos & indoctos discrimen, Quod, inquit, est, inter equum domitum & indomitum.

Σεμνυνομένου τινὸς ἐπὶ πολυμαθίᾳ, Ἀρίστιππος ἔφη, ὥσπερ οὐχ οἱ τὰ πλεῖστα ἐσθίοντες ὑγιαίνουσι μᾶλλον τῶν τὰ δέοντα προσφερομένων, οὕτως οὐχ οἱ πολλὰ, ἀλλ' οἱ χρήσιμα ἀναγινώσκοντες, εἰσι σπουδαῖοι.

Cuidam

Cuidam jactanti quod esset multiplicis eruditionis, Aristippus dixit, Quemadmodum non hi qui plurimum edunt, melius valent his, qui sumunt quantum opus est: ita non qui plurima, sed qui utilia legerunt, studiosi & eruditi habendi sunt.

Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς ποτε τί πλέον ἔχουσιν οἱ φιλόσοφοι, ἔφη, Ἐὰν πάντες οἱ νόμοι ἀναιρεθῶσιν, ὁμοίως βιώσουσι.

Idem interrogatus, quid eximium haberent Philosophi præ ceteris hominibus, Ut, inquit, etiamsi omnes leges aboleantur; tamen æquabiliter victuri sint.

Ὁ αὐτὸς ἔφη, ἄμεινον, ἐπαίτην, ἢ ἀπαίδευτον εἶναι. ὁ μὲν γὰρ χρημάτων, ὁ δὲ ἀνθρωπισμοῦ δεῖται.

Idem dicebat, Satius esse fieri mendicum, quam indoctum Quod ille tantum pecuniis egeat, hic vero humanitate.

Ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, τί αὐτοῦ ὁ υἱὸς ἀμείνων ἔσται παιδευθεὶς, Καὶ εἰ μηδὲν ἄλλο, εἶπεν, ἐν γοῦν τῷ θεάτρῳ οὐ καθεδήσεται λίθος ἐπὶ λίθῳ.

Interrogatus ab aliquo, qua re esset melior evasurus filius, si eum curaret literis erudiendum, Ut nihil aliud, inquit, certe in theatro non sedebit lapis super lapidem.

Γνωρίμου ποτὲ πρὸς Ἀντισθένη ἀποδυρομένου ὡς εἴη τὰ ὑπομνήματα ἀπολωλεκὼς, Ἔδει γὰρ, ἔφη, ἐν τῇ ψυχῇ αὐτὰ, καὶ μὴ ἐν ταῖς χάρταις γράφειν.

Amico cuidam apud Antistenem deploranti, quod commentarios suos perdidisset, Oportuit, inquit, ista animo potius, quam chartis inscribere.

Συστατέντος τινὸς Ἀρισίππῳ υἱὸν, ᾔτησε πεντακοσίας δραχμὰς, τοῦ δ' εἰπόντος, Τοσούτου δύναμαι ἀνδράποδον ὠνήσασθαι, Πρίω ἔφη,

ἔφη, καὶ ἕξεις δύο. Ἀστείως ἐπιτιμήσει τοῖς πολλοῖς τοῖς ἐν οὐδενὶ μᾶλλον φειδωλῶς ἔχουσιν, ἢ ἐν τῷ ὀρθῶς παιδευθῆναι τὰ τέκνα, καὶ πλεῖον ἀναλίσκουσιν ἐν τοῖς ἵπποις, ἢ ἐν τοῖς υἱοῖς.

Quidam cum Aristippo agebat, ut filium suum susciperet erudiendum, sed cum Philosophus pro mercede peteret quingentas drachmas, alter deterritus magnitudine pretii, minoris, inquit, emerem mancipium, Eme, inquit, & habebis duo mancipia. Lepide taxavit vulgi judicium, quod nusquam parcius est, quam in recte instituendis liberis, plusque sumptus impendit curandis equis, quam filiis.

Ἐγκαλοῦντος Λυκούργῳ τινὸς ὅτι μισθοὺς σοφισταῖς δίδωσι περὶ λόγους διατρίβων, ἀλλ' εἴ τις γε ἐπαγγέλλοιτο, ἔφη, τοὺς υἱοὺς ἀμείνους αὐτῷ ποιήσειν, οὐ χιλίας, ἀλλὰ τὰ ἡμίση τῆς οὐσίας προΐεσθαι.

Cum quidam reprehenderet Lycurgum, quod eloquentiæ studens mercedem Sophistis penderet, respondit, Si quis promitteret se filios ipsi meliores redditurum, ei se non mille drachmas, sed dimidiam partem suorum bonorum daturum esse.

Ἀριστοτέλης τῆς παιδείας ἔφη, τὰς μὲν ῥίζας εἶναι πικράς, γλυκὺν δὲ τὸν καρπόν.

Aristoteles, eruditionis radices dicebat amaras esse, sed fructum dulcem.

Ὁ αὐτὸς τριῶν, ἔφη, δεῖ παιδεία, φύσεως, μαθήσεως ἀσκήσεως.

Idem tria decebat ad eruditionem necessaria esse, ingenium, excercitationem & disciplinam.

Ἔλεγε καὶ τὴν παιδείαν ἐν μὲν ταῖς εὐτυχίαις εἶναι κόσμον, ἐν δὲ ταῖς ἀτυχίαις καταφυγήν.

Dicebat etiam, Eruditionem in rebus secundis esse ornamentum, in rebus

rebus vero adversis refugium.

Διογένης τὴν παιδείαν, εἶπε, τοῖς μὲν νέοις σωφροσύνην, τοῖς δὲ πρεσβυτέροις παραμυθίαν, τοῖς δὲ πένησι πλοῦτον, τοῖς δὲ πλουσίοις κόσμον εἶναι.

Diogenes dicebat, Eruditionem adferre juvenibus sobrietatem, senibus solatium, pauperibus divitias, divitibus ornamentum.

Ὁ αὐτὸς τὸν πλούσιον ἀμαθῆ, πρόβατον εἶπε χρυσόμαλλον.

Idem conspiciens divitem quendam, sed indoctum, Ecce, Inquit, ovem aureo vellere tectum.

Ὁ αὐτὸς ποτὲ παρά τινι πλουσίῳ μὲν, ἀγραμμάτῳ δὲ ἑστιώμενος, χρεμψάμενος ὡς πτύσων, εἶτ' ἐν κύκλῳ περισκοπήσας, εἰς οὐδὲν μὲν τῶν πέριξ ἔπτυσε, αὐτῷ δὲ μόνῳ προσέπτυσε τῷ δεσπότῃ τῆς οἰκίας. ἀγανακτοῦντος δ' αὐτοῦ, καὶ τὴν αἰτίαν ἐρωτῶντος, οὐδὲν, ἔφησεν, ὁρᾷν οὕτως ἠμελημένον τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν, ὡς ἐκεῖνον. τοὺς γὰρ τοίχους ἅπαντας ἀξιολόγοις γραφαῖς κεκοσμῆσθαι. τὸ δ' ἔδαφος ἐκ ψήφων πολυτελῶν συγκεῖσθαι, θεῶν εἰκόνας ἔχον ἐξ αὐτοῦ διατετυπωμένας ἅπαντα τὰ σκεύη λαμπρὰ καὶ καθαρὰ μόνον δ' ἐκεῖνον ὁρᾷν ἠμελημένον. εἴθισται δ' ἅπασιν ἀνθρώποις εἰς τοὺς ἀτιμωτάτους τῶν παρόντων τόπους ἀποπτύειν.

Idem (Diogenes) cum aliquando apud divitem quendam, sed indoctum epularetur, screans, quasi sputum ex pectore ejecturus, undique circumspexit, verum tandem in nihil aliud, preterquam in ipsum dominum exspuit. Cum autem is hoc moleste ferret, caussamque facti quæreret, respondit, Se in tota domo nihil videre, quod magis, quam dominus ipse neglectum & incultum esset. Omnes enim parietes esse egregiis picturis exornatos: pavimentum ex tesseris tam pretiosis esse exstructum, ut simulacra deorum expressa repræsentaret: vasa denique omnia splendida & munda esse, se vero ipsum dominum horridum & impoli-

impolitum conſpicere. Eſſe a. hoc in more poſitum, ut homines loca incultiſſima ad exſpuendam eligant.

Σωκράτης ἐρωτηθεὶς, τί τῶν ζώων κάλλιστον, ἔφη, ἄνθρωπος παιδείᾳ κεκοσμημένος.

Socrates interroganti, quodnam eſſet pulcherrimum animal, reſpondit, Homo doctrina ornatus.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγεν, ἓν μόνον ἀγαθὸν εἶναι, τὴν ἐπιστήμην, καὶ ἓν μόνον κακὸν, τὴν ἀμαθίαν· πλοῦτον δὲ καὶ εὐγένειαν οὐδὲν σεμνὸν ἔχειν, πᾶν δὲ τοὐναντίον, κακόν.

Idem dicedat, Unicum bonum eſſe, ſcientiam: malum contra unicum, inſcitiam. Opes vero ac Nobilitates, non ſolum nihil in ſe habere præclari, verum & omne malum ex eis oriri.

Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς, τί ἥδιστον ἐν τῷ βίῳ, ἔφη, παιδεία, καὶ ἀρετὴ, καὶ ἱστορία τῶν ἀγνοουμένων.

Idem interrogatus, quid in vita ſuaviſſimum eſſet, dixit: Doctrina, & virtus, & rerum incognitarum hiſtoria.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγεν, ἐν μὲν πολέμῳ πρὸς ἀσφάλειαν σίδηρον χρυσοῦ κρείττω εἶναι, ἐν δὲ τῷ ζῆν τὸν λόγον τοῦ πλούτου.

Idem dicebat, In bello quidem ferrum auro præſtare ad defenſionem, in vita autem eruditionem divitiis.

Θαλῆς πρὸς τὸν πυθόμενον. τίς εὐδαίμων, Ὁ μὲν ἔφη, τὸ σῶμα ὑγιὴς, τὴν δὲ ψυχὴν εὐπαίδευτος.

Thales percontanti quis eſſet felix? Qui corpore, ſanus eſt, & animo eruditus.

Μητροκλῆς εἶπε, Τῶν πραγμάτων τὰ μὲν ἀργυρίου ὠνητὰ εἶναι, οἷον οἰκίαν· τὰ δὲ χρόνου καὶ ἐπιμελείας, ὡς παιδείαν

Metrocles dicebat, res emi partim pecunia, ut domum: partim tempore & diligentia, ut disciplinas liberales.

Ἀρίστιππος ἐπειδή ποτε πλέων τοῦ σκάφους ἀπολομένου ἐπὶ τὰς Συρακουσίων ἠϊόνας ἐξεβράσθη, πρῶτον μὲν ἐθάρρησε θεασάμενος ἐπὶ τῆς ψάμμου διάγραμμα γεωμετρικὸν, ἐλογίσατο γὰρ εἰς Ἕλληνας τε καὶ σοφοὺς ἄνδρας, οὐκ εἰς βαρβάρους, ἥκειν. ἔπειτα παραγενόμενος εἰς τὸ Συρακουσίων γυμνάσιον, καὶ ταυτὶ τὰ ἐπιφθεγξάμενος.

Τίς τὸν πλανήτην Οἰδίπουν καθ' ἡμέραν
Τὴν νῦν σπανιστοῖς δέξεται δωρήμασι.

προσιόντας τε τινὰς ἔσχεν αὐτῷ καὶ γνωρίζοντας ὅστις εἴη καὶ πάντων ὧν ἐδεῖτο μεταδιδόντας ἀδεῶς. ὡς δὲ εἰς Κυρήνην, αὐτοῦ τὴν πατρίδα, μέλλοντές τινες πλεῖν ἐπυνθάνοντο μή τι τοῖς οἰκείοις ἐπιστέλλει; κελεύειν αὐτοῖς ἔφη, ταῦτα κτᾶσθαι τὰ κτήματα, ἃ καὶ ναυαγήσαντι συνεκκολυμβήσει.

Cum Aristippus aliquando sic misere navigasset, ut navi tempestatibus perdita in Syracusia littora ejectus esset, primum bono animo esse cœpit, videns se ad Græcos & sapientes viros, ac non ad barbaros esse delatum, propterea quod figuram mathematicam in arena littoris depictan esse videret: Deinde Syracusas ingressus, ut in gymnasium venit, ubi cum hos versus recitasset:

Quis vagum atque errantem Oedipum
Hodie raris excipiet muneribus?

Habuit qui ipsi occurrerent, & summa cum humanitate exciperent, ac præstantem hunc virum, sed tunc pauperem & egenum, rebus necessariis donarent. Cum autem in Aristippi patriam Cyrenem quidam navigaturi essent, & illum interrogarent,

garent, nunquid civibus suis nuntiari vellet, Præcipite meo nomine, inquit, illis, ut eas sibi opes parent, quæ naufragio non pereant, sed simul cum possidente enatent.

Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς, τί αὐτῷ περιγέγονεν ἐκ φιλοσοφίας, ἔφη, Τὸ δύνασθαι πᾶσι θαῤῥούντως ὁμιλεῖν. Οὐδὲ γὰρ ἐφοβεῖτο τοὺς δυνάστας, οὐδὲ κατεφρόνει τῶν καταδεέστερον πραττόντων.

Idem interrogatus, quid fructus cœpisset ex Philosophiæ studio, Quod cum quibuslibet, inquit, libere loqui possim. Nec enim metuebat potentes, neque fastidiebat humiles.

Κλεάνθης ἔφη, τοὺς ἀπαιδεύτους μόνῃ τῇ μορφῇ τῶν θηρίων διαφέρειν.

Cleanthes dicebat, homines indoctos sola forma a bestiis differre.

Θεόκριτος ἔλεγε, βέλτιον ὀψιμαθῆ καλεῖσθαι, καὶ μὴ ἀμαθῆ.

Theocritus dicere solitus est, Melius esse sero discere quam nihil scire.

Μένανδρος ἔλεγε, διπλοῦν ὁρᾶν τοὺς μαθόντας γράμματα.

Menander dixit, homines doctos duplum videre, id est, duplici videndi facultate præditos esse.

Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς Πτολεμαίῳ τῷ βασιλεῖ παρῄνει, τὰ περὶ τῆς βασιλείας καὶ ἡγεμονίας βιβλία κτᾶσθαι καὶ ἀναγινώσκειν. ἃ γὰρ, ἔφη, οἱ φίλοι τοῖς βασιλεῦσιν οὐ θαῤῥοῦσι παραινεῖν, ταῦτα ἐν τοῖς βιβλίοις γέγραπται.

Demetrins Phalereus Ptolemæum regem adhortari solebat, ut sibi pararet libros de regno & imperio gerendo tractantes, eosque evolveret, propterea quod ea, de quibus amici non audent admonere reges, in libris scripta habeantur.

Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς ἐρωτηθεὶς τίνα μᾶλλον ποθεῖ, Φίλιππον τὸν πατέρα, ἢ Ἀριστοτέλην τὸν διδάσκαλον, ἔφη: ὁ μὲν γὰρ τοῦ γενέσθαι, ὁ δὲ τοῦ καλῶς γενέσθαι αἴτιος.

Alexander rex interrogatus, utrum magis desideraret patrem Philippum, an Ariſtotelem, Magiſtrum: Inquit; Ille enim ut eſſem, hic autem, ut præclare inſtitutus eſſem, auctor fuit.

Διονύσιος ὁ νεώτερος ἐκπεσὼν τῆς ἀρχῆς, πρὸς μὲν τὸν εἰπόντα. Τί σε Πλάτων καὶ φιλοσοφία ὠφέλησι; τὸ τηλικαύτην, ἔφη, τύχης μεταβολὴν ῥᾳδίως ὑπομένειν.

Dyoniſius junior poſteaquam regno fuit expulſus, cuidam dicenti, Quid tibi Plato & Philoſophia profuit? Ut tantam, inquit, fortunæ mutationem facile feram.

Δημήτριος ὁ Ἀντιγόνου καταλαβὼν τὰ Μέγαρα τήν τε οἰκίαν τοῦ Στίλπωνι φυλαχθῆναι, καὶ πάντα τὰ ἁρπασθέντα ἐκέλευσεν ἀποδοθῆναι ὅτε καὶ βουλομένῳ παρ' αὐτοῦ τὴν ἀπολωλότων ἀναγραφὴν λαβεῖν, ἔφη, μηδὲν τῶν οἰκείων ἀπολωλέναι. παιδείαν γὰρ μηδένα ἐξενηνοχέναι, τόν τε λόγον ἔχειν καὶ τὴν ἐπιστήμην, τὰ ἀληθῶς οἰκεῖα ὄντα.

Demetrius Antigoni filius, cum urbem Megaram cepiſſet, Stilponi domum integram ſervari, cunctamque ſubſtantiam direptam ei reſtitui juſſit. Cumque eum moneret, ut libellum exhiberet rerum omnium, quas amiſiſſet, dixit, ſe nihil bonorum amiſiſſe: Doctrinam enim & eruditionem ſibi neminem eripuiſſe, reliquamque ſibi eſſe eloquentiam & diſciplinam, quæ vere domeſtica propriaque bona ſint.

Locus XXIII.

DE EBRIETATE.

Ἀνάχαρσις ἐρωτηθεὶς πῶς οὐκ ἂν γένοιτό τις φιλο-

φιλοπότης, Εἰ πρὸ ὀφθαλμῶν, εἶπεν, ἔχει τὰς τῶν μεθυόντων ἀσχημοσύνας. Οὐδὲν γὰρ ὁμοιότερον μαινομένῳ, ἢ ὁ μεθύων.

Anacharsis interrogatus qua ratione quis effugeret, ne fieret vinolentus, Si semper inquit, præ oculis habeat ebriorum indecoros mores. Nihil enim similius insano, quam ebrius.

Ὁ αὐτὸς ἔφη, κιρναμένου κρατῆρος ἐφεστίου, τὸν μὲν πρῶτον ὑγείας πίνεσθαι, τὸν δεύτερον μέθης, τὸν δὲ τρίτον ὕβρεως.

Idem dixit, primum quidem poculum, quod infunditur, sanitatis bibi, alterum ebrietatis, tertium injuriæ.

Οἱ Λακεδαιμόνιοι τοῖς παισὶν ἐπεδείκνυον τοὺς εἵλωτας μεθύσαντας, εἰς ἀποτροπὴν πολυοινίας.

Lacedæmonii ostendebant pueris servos qui vino erant temulenti, quo magis abominarentur ebrietatem.

Πυθαγόρας εἶπε τὴν ἄμπελον τρεῖς βότρυας φέρειν, τὸν μὲν πρῶτον ἡδονῆς, δεύτερον μέθης, τὸν δὲ τρίτον ὕβρεως.

Pythagoras dixit, tres botros in vite nasci, primum voluptatis, secundum ebrietatis, tertium injuriæ & petulantiæ.

Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος οἰνοφλυγος, πῶς ἂν τοῦ μεθύειν παύσοιτο, ἔφη, εἰ συνεχῶς θεωρεῖ τὰ ὑπ' αὐτοῦ πραττόμενα.

Idem a vinoso quodam interrogatus, quomodo quis ebrietatem relinqueret, dixit, Si sæpe quæ per temulentiam designaveret, consideret.

Πλάτων τοῖς μεθύουσι συνεβούλευε κατοπτρίζεσθαι: ἀποστήσεσθαι γὰρ τῆς τοιαύτης ἀσχημοσύνης.

Plato temulentiæ deditis suadebat, ut poti ad speculum

culum sese contemplarentur, ita fore ut ab eo vitio recederent, conspecta fœditate.

Ἀρίστιππος αὐχοῦντός τινος ἐπὶ τῷ πολλὰ πίνειν καὶ μὴ μεθύσκεσθαι, Τοῦτο καὶ ἡμίονος, φησί.

Aristippus cuidam jactanti quod multum biberet, nec inebriaretur, Quid, inquit, magni narras? cum idem faciat mulus.

Πίττακος νόμον ἔθηκε, τῷ μεθύοντι ἐὰν ἁμάρτῃ, διπλῆν εἶναι τὴν ζημίαν, εἰώθασι γὰρ οἱ πολλοί τοῖς ἐγκλήμασιν ἐν τῷ τῆς μέθης προσχήματι συνηγορεῖν.

Pittacus legem tulit, ut qui per ebrietatem sceleris aliquid commisisset, duplo plecteretur. Solet enim vulgus hominum ebrietatis obtentu crimina extenuare.

Οὐ μόνον ὡς ἔοικεν, ἔφη, Πλάτων, ὁ γέρων δὶς παῖς γίνοιτ' ἂν, ἀλλὰ καὶ ὁ μεθυσθείς.

Manifestum est, dixit Plato, non modo senem bis puerum fieri, sed inebriatum quoque.

Locus XXIV.

DE FAMA, GLORIA

ΠΕρὶ πλείονος ποιοῦ, ἔφη, Ισοκράτης, δόξαν καλὴν, ἢ πλοῦτον μέγαν τοῖς παισὶ καταλιπεῖν. ὁ μὲν γὰρ θνητὸς, ἡ δ' ἀθάνατος. καὶ δόξης μὲν χρήματα κτητὰ, δόξα δὲ χρημάτων οὐκ ὠνητή. καὶ τὰ μὲν καὶ τοῖς φαύλοις παραγίνεται· τὴν δ' οὐχ οἷόντε, ἀλλ' ἢ τοὺς διενεγκόντας κτήσασθαι.

Plus tibi curæ sit (dixit Isocrates) ut honestam famam, quam divitias ingentes liberis tuis relinquas. Nam hæ mortales sunt, illa vero immortalis. Et per famam comparari possunt opes, fama vero pecuniis non emitur. Item divitiæ etiam improbis accedunt: at famæ gloria non potest nisi solis

ſolis eximiis viris contingere.

Ἀγησίλαος ἐρωτηθεὶς πῶς ἂν τις μάλιστα παρ' ἀνθρώποις εὐδοκιμοίη. Εἰ λέγοι, εἶπε, τὰ ἄριστα, πράττοι δὲ τὰ κάλλιστα.

Ageſilaus interrogatus, quo compendo honeſtam famam quis aſſequi poſſet, Reſpondit, Si loquatur quæ ſunt optima, & faciat quæ ſunt honeſtiſſima : Vel, Si dicat optima, & faciat honeſtiſſima.

Δημοσθένης ἔφη, οὐκ εἰ μὴ χρήματ' ἀπόλλυται, μόνον σκεπτέον· ἀλλ' εἰ καὶ δόξα χρηστὴ, περὶ ἧς μᾶλλον σπουδάζειν χρὴ, ἢ περὶ χρημάτων.

Demoſthenes dixit, non hoc ſolum conſiderandum eſſe, an jactura pecuniæ nulla fiat : ſed habendam eſſe rationem exiſtimationis, quæ multo, quam opes, nobis antiquior eſſe debeat.

Γάϊος Καῖσαρ, τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις ἀναγινώσκων, ἐδάκρυσε, καὶ πρὸς τοὺς φίλους εἶπεν, ὅτι ταύτην ἡλικίαν ἔχων ἐνίκησε Δαρεῖον, ἐμοὶ δὲ μέχρι νῦν οὐδὲν πέπρακται.

G. Cæſar, cum Alexandri res geſtas legiſſet, illacrymavit, ad amicos converſus, Cum hac inquit ætate is eſſet, Darium ſuperavit, At a me in hunc uſque diem nihil adhuc geſtum eſt.

Θεμιστοκλῆς ἔτι μειράκιον ὤν, ἐν πότοις ἐκυλινδεῖτο καὶ γυναιξίν· ἐπεὶ δὲ Μιλτιάδης στρατηγῶν ἐνίκησεν ἐν Μαραθῶνι τοὺς βαρβάρους, οὐκ ἔτι ἦν ἐντυχεῖν ἀτακτοῦντι Θεμιστοκλεῖ· πρὸς δὲ τοὺς θαυμάζοντας τὴν μεταβολὴν, ἔλεγεν, ὡς οὐκ ἐάσειε καθεύδειν, οὐδὲ ῥαθυμεῖν τὸ Μιλτιάδου τρόπαιον· ταῦτα ἡ περὶ τὴν δόξαν σπουδὴ καὶ ἡ τοῦ Μιλτιάδου τιμὴ ἐξέκρουσε τὸν τῶν ἡδονῶν ἔρωτα.

Themiſtocles cum eſſet adoleſcens, in compotationibus & mulierum a-

moribus volutabatur. At postquam Miltiades factus Imperator ad Marathonem devicisset barbaros, jam nullus offendit eum quicquam agentem praeter decorum. Percontantibus autem unde sic esset repente mutatus, Miltiadis, inquit, Trophæum non patitur me dormire neque cessare. Hic gloriæ studium, & Miltiadis honor, excussit ei amorem voluptatum.

Οὐκ εἰ μὴ χρήματα ἀπόλλυται, μόνον σκεπτέον· ἀλλ' εἰ καὶ δόξα χρηστή: περὶ ἧς μᾶλλον σπουδάζειν χρὴ, ἢ περὶ χρημάτων, ἔφη Ισοκράτης.

Non hoc solum considerandum est, an jactura pecuniæ nulla fiat: sed habenda etiam ratio famæ & existimationis, quæ multo, quam opes, nobis antiquor esse debet, dixit Isocrates.

Οὐλπιανὸς ἔλεγεν, Οὐκ εἶναι ἀνδρὸς πολιτικοῦ περιορᾶν ἑαυτοῦ ἀδοξοῦντα.

Ulpianus dixit: Non esse hominis politici, dignitatis suæ jacturam negligere.

Εἰ βούλει καλῶς ἀκούειν (ἔφη Ἐπίκτητος) μάθε καλῶς λέγειν. μαθὼν δὲ καλῶς λέγειν, πειρῶ καλῶς πράττειν, καὶ οὕτω καρπώσῃ τὸ καλῶς ἀκούειν.

Si cupis bene audire (dicere solebat Epictetus) disce bene dicere. Doctus autem bene loqui, stude recte agere: atque sic perfrueris bona fama, vel bene audies apud homines.

Καλῶς ἀκούειν μᾶλλον, ἢ πλουτεῖν θέλε, ἔλεγε Μένανδρος.

Bene audire magis, quam ditescere velis: inquit Menander.

Locus

Locus XXV.

DE FORMA, PULCRTUdine.

Ἀριστοτέλης τὸ κάλλος παντὸς ἔλεγεν ἐπιστολίου συστατικώτερον εἶναι.

Aristoteles dixit, pulchritudinem plus, quam omnes epistolas valere ad commendationem.

Βίων τὴν δόξαν ἔφη, ἐτῶν μητέρα εἶναι· τὸ κάλλος, ἀλλότριον ἀγαθόν· τὸν πλοῦτον, νεῦρα πραγμάτων.

Bion dicebat, Gloriam esse matrem annorum (id est, honesta memoria in multa secula propagatur) Formam dicebat esse bonum alienum. (Sentiens extra hominem esse, quod ipse sibi dare non potest, Animi autem bona vere nostra esse) Divitias dicebat esse nervos actionum.

Αἴσωπος ὀνειδισθεὶς ὑπό τινος τὸ χαλεπὴν ἔχειν τὴν ὄψιν, ἔφη, Οὐκ εἰς τὸ εἶδος ἀλλ' εἰς τὸν νοῦν προσέχειν δεῖ.

Æsopus ob deformitatem ab aliquo culpatus. Non forma, inquit, sed mens aspicienda est.

Σωκράτης ἔλεγε, τὰ τῶν καλῶν φιλήματα φυλάττεσθαι δεῖν, ὥσπερ τὰ τῶν ἰοβόλων δήγματα.

Socrates dicebat, oscula formosorum cavenda esse, sicut morsus venenatorum animalium.

Διογένης θεασάμενος μειράκιον εὔμορφον, καὶ διὰ τοῦτο φιλούμενον, ἔφη, σπούδαζον μειράκιον, τοὺς τοῦ σώματος ἐραστὰς εἰς τὴν ψυχὴν μεταγαγεῖν.

Diogenes cum vidisset formosum adolescentem formæ caussa amari, dixit: Quin operam des, adolescens, ut corporis amatores ad animum transferas.

Ἀριστοτέλης θεασάμενος μειράκιον ὡραϊζόμενον, ἔφη, Οὐκ αἰσχύνῃ, ὅτι τῆς φύσεως ἄνδρα σε ποιησάσης, ἑαυτὸν τεθήλυκας.

Aristoteles cum adolescentem se ornare vidisset, dixit, Non erubescis, quod cum natura te virum fecerit, teipsum effœminasti?

Λεύκιππος ἔλεγε, Κάλλος, ὀξύτερον τιτρώσκειν βέλους, καὶ διὰ ὀφθαλμῶν εἰς τὴν ψυχὴν καταῤῥεῖν.

Lucippus dicebat, Pulcritudinem acutius telo vulnerare, & per oculos in animam defluere.

Σωκράτης ἠξίου τοὺς νέους συνεχῶς κατοπτρίζεσθαι, ἵν' εἰ μὲν καλοὶ εἶεν, ἄξιοι γίγνοιντο· εἰ δ' αἰσχροὶ παιδείᾳ τὴν δυσείδειαν ἐπικαλύπτοιεν.

Socrates adhortabatur juvenes, ut se subinde ad speculum contemplarentur, quod si essent egregia corporis forma, caverent ne quid ea indignum committerent: sin minus, eam deformitatem eruditione & morum honestate tegerent. Tribuitur etiam hoc dictum Bianti, quod quidem & his verbis non minus eleganter recitatur.

Εἰς κάτοπτρον ἐμβλέψας θεώρει, καὶ εἰ μὲν καλὸς φαίνῃ, ἄξια τούτου πράττε· εἰ δὲ αἰσχρὸς, τὸ τῆς ὄψεως, ἐλλειπὲς ὡράιζε καλοκαγαθείᾳ.

In speculum cum inspicis, te contemplare, Et si quidem pulcher apparebis, ea fac quæ deceant formam : Si vero deformis, id quod faciei deest, morum pulchritudine compensato.

Πυθιὰς ἡ Ἀριστοτέλους θυγάτηρ ἐρωτηθεῖσα, ποῖον κάλλιστον χρῶμα ἔφη, τὸ διὰ τὴν αἰδῶ ἐλευθέροις ἐπιγινόμενον.

Pythias Aristotelis filia interrogata, quisnam color pulcherrimus esset, respondit,

spondit, ille qui per verecundiam ingenuis hominibus oboritur. *Scham roete ist die Schoenste Farbe.*

Ισοκράτης ἔλεγε, τοῦ καλὸν ἔχοντας σῶμα, καὶ ψυχὴν κακὴν, καλὴν ἔχειν ναῦν, καὶ κακὸν κυβερνήτην.

Isocrates dicebat, eos quibus pulcrum corpus est, & anima mala, bonam habere navim, sed malum gubernatorem. ¶ Refer huc & quartum Apophthegma ex loco, Animi bona.

Locus XXVI.

DE FIDE IN HOSTEM.

Υπατεύοντι τῷ Φαβρικίῳ προσπέπομφεν ἐπιστολὴν ὁ τοῦ Πύρρου ἰατρὸς, ἐπαγγελλόμενος ἐὰν κελεύσῃ, φαρμάκοις τὸν Πύρρον ἀποκτενεῖν. ὁ δὲ Φαβρίκιος τὴν ἐπιστολὴν πρὸς Πύῤῥον ἔπεμψεν, αἰσθέσθαι κελεύσας, διότι καὶ φίλων κάκιστος ἐστι κριτὴς καὶ πολεμίων.

Fabricio Consuli Romano misit epistolam Pyrrhi medicus, qua promittebat, se regem veneno necaturum, si ipse hoc juberet. At eam epistolam ad Pyrrhum remisit Fabricius, jubens illum sibi cavere, qui pessime discerneret amicos hostibus.

Ἐπεὶ δὲ φωράσας τὴν ἐπιβουλὴν ὁ Πύῤῥος, τὸν μὲν ἰατρὸν ἐκρέμασε, τῷ δὲ Φαβρικίῳ τοὺς αἰχμαλώτους ἄνευ λύτρων ἀπέδωκε, οὐκ ἐδέξατο δωρεὰν, ἀλλ' ἴσους ἀντέδωκε, μὴ δόξῃ λαμβάνειν μισθόν. οὐδὲ γὰρ χάριτι Πύῤῥου μεμηνυκέναι τὴν ἐπιβουλὴν, ἀλλ' ὅπως μὴ δοκῶσι Ῥωμαῖοι δόλῳ κτείνειν. ὡς φανερῶς νικᾷν οὐ δυνάμενοι.

Ceterum ubi compertis insidiis Pyrrhus medicum egisset in crucem, Fabricio captivos gratis remisit. At Fabricius noluit eos gratis accipere, sed pa-

rem captivorum numerum remisit, ne a Pyrrho beneficii mercedem accepisse videretur, negans se hoc indicium fecisse Pyrrhi caussa, sed non Romani viderentur dolis hostem occidere, perinde ac si viribus superari non possent.

Ἀνάξαρχος ὁ φιλόσοφος ὑπὸ Νικοκρέοντος ὠμῶς βασανισθεὶς, ἵνα τοὺς συνειδότας προδιδῷ, τὴν γλῶτταν αὐτοῦ ἀπέτραγε, καὶ εἰς τὸ τοῦ τυράννου πρόσωπον ἐνέπτυσεν: ἐβούλετο γὰρ μᾶλλον ἀνὴρ ὁ πιστότατος ἑαυτῷ τὴν γλῶτταν ἀποτραγεῖν, ἢ τὴν τῆς σιγῆς πίστιν παραβαίνειν.

Anaxarchus Philosophus cum a Nicocreonte graviter torqueretur, ut conscios proderet, linguam sibi ipsi dentibus abscidit, & commanducatam in tyranni faciem exspuit. Voluit enim vir constantissimus potius sibi amputare linguam, quam non servare silentii fidem.

Ἐπεί τις ἔχων πέτραν ἄληπτον δοκοῦσαν εἶναι, ἐνεχείρισεν ἑαυτὸν μετὰ τῆς πέτρας τῷ Ἀλεξάνδρῳ, καὶ τῆς δυνάμεως ἐκέλευσεν ἄρχειν, καὶ προσέθηκε χώραν, εἰπὼν ὅτι, φρονεῖν μοι δοκεῖ ἄνθρωπος, ἀνδρὶ μᾶλλον ἀγαθῷ πιστεύσας ἑαυτὸν ἢ ὀχυρῷ τόπῳ.

Cum quidam, qui rupem tenebat inexpugnabilem, ut putabatur, Alexandro se dedidisset, Alexander illum non solum ejus ditionis principem esse jussit, verum etiam addidit dicens, Hic homo mihi videtur sapere, qui se maluit bono viro, quam loco munito concredere.

Locus XXVII.

DE FORTITUDINE, MAGNITUdine animi.

Πίτλακος ἔλεγε, συνετῶν ἀνδρῶν εἶναι, πρὶν γενέσθαι τὰ δυσχερῆ, προνοῆσαι ὅπως μὴ γένηται· ἀνδρείων δὲ, γενόμενα εὖ θέσθαι.

Pittacus

Pitacus dicebat prudentium virorum esse, priusquam res adversæ contingat, prævidere ne veniant: fortium vero, cum illa contigerint; æquo animo ferre.

Ἆγις ὁ τελευταῖος τῶν Λακεδαιμονίων βασιλέων ἐξ ἐνέδρας συλληφθεὶς, καὶ καταδικασθεὶς ὑπὸ τῶν ἐφόρων χωρὶς δίκης, ἀπαγόμενος ἐπὶ τὸν βρόχον, ἰδών τινα τῶν ὑπηρετῶν κλαίοντα; Παῦσαι, εἶπεν, ὦ ἄνθρωπε ἐπ' ἐμοὶ κλαίων. καὶ γὰρ οὕτω παρανόμως καὶ ἀδίκως ἀπολλύμενος, κρείσσων εἰμὶ τῶν ἀναιρούντων καὶ ταῦτα εἰπὼν παρέδωκε τῷ βρόχῳ τὸν τράχηλον ἑκουσίως.

Agis Laconiorum regum ultimus, per insidias captus, ac præter meritum ab Ephoris condemnatus, cum ad laqueum duceretur, conspiceretque quendam e lictoribus flentem ob indignitatem rei, cujus cogebatur esse minister, Desine, inquit, o homo vicem meam flere. Nam sic moriens præter jus & æquum, melior feliciorque sum his, qui me occidunt. Et cum hæc dixisset, ultro collum laqueo tradidit.

Λοχαγὸς ὁ Πολυαινίδου καὶ Σείρωνος πατὴρ, ἀγγείλαντός τινος αὐτῷ, ὅτι τῶν υἱῶν τέθνηκεν ὁ ἕτερος, Πάλαι ᾔδειν, ἔφη, ὅτι ἀποθανεῖν αὐτὸν ἔδει.

Lochagus Polænidæ filius & Sironis pater, nuntianti quod ex filiis ipsius alter interiisset, jamdudum sciebam, inquit, illi moriendum esse.

Ὅσῳπερ ἂν ἰσχυρότερος ᾖς, τοσούτῳ δικαιότερος ἂν εἴης τὸν ἀσθενέστερον διαβαστάσαι. οὐ γὰρ ἑαυτῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις ἰσχυρὸν εἶναι χρὴ τὸν ἰσχύοντα ἔφη, Χρυσόστομος.

Quanto fortior fueris, tanto æquius est te imbecilliorem ferre. Non enim sibi solum fortis esse debet, qui fortis est, sed etiam

etiam aliis, dixit Chrysostomus.

Κάτων ἔλεγε, κάκιστον ἄρχοντα εἶναι, τὸν ἄρχειν ἑαυτοῦ μὴ δυνάμενον.

Cato dicebat, pessimum esse Imperatorem, qui sibi non posset imperare.

Δημοσθένης ἔλεγε, τὴν τῶν μεγαλοψύχων ἀνδρῶν ἀρετὴν, τῆς πόλεως ψυχὴν εἶναι.

Demosthenes dixit, fortium virorum virtutem, civitatis animam esse.

Ὁ αὐτὸς εἶπεν· Οὐκ ἔστι καλὰ καὶ λαμπρὰ πράττοντας, μικρὸν καὶ ταπεινὸν φρονεῖν.

Idem dicebat: Qui magnas & præclaras res gerunt, non possunt esse humilibus & abjectis animis.

Ἰσοκράτης ἔφη, τὰς ἐπιφανείας καὶ λαμπρότητας οὐκ ἐκ τῆς ἡσυχίας, ἀλλ' ἐκ τῶν ἀγώνων γίνεσθαι.

Isocrates dixit, Celebritatem & splendorem nominis, non ex otio, sed ex certaminibus oriri.

Ἀριστοτέλης ἔφη, ἀνδρειότερον εἶναι τὸν τῶν ἐπιθυμιῶν, ἢ τῶν πολεμιῶν κρατοῦντα, χαλεπώτερον γὰρ εἶναι ἑαυτὸν νικῆσαι.

Aristoteles dicebat, fortiorem esse illum, qui cupiditates, quam qui hostes vinceret. Nam difficilimum esse seipsum vincere. Pertinet huc dictum Platonis: Τὸ νικᾶν οὐκ ἄλλους, ἀλλ' αὐτὸν, πασῶν νικῶν πρώτη τε καὶ ἀρίστη ἐστί. Vincere non alios, sed seipsum, omnium victoriarum prima, & optima est.

Ξὺν τῷ δικαίῳ μέγ' ἔξεστι φρονεῖν, ἔφη Σοφοκλῆς.

In bona caussa decet habere bonum animum, dixit Sophocles.

Ἀγησ-

Ἀγησίλαος ἔλεγεν, Ἀνδρείας οὐδὲν ὄφελος εἶναι, μὴ παρούσης δικαιοσύνης, εἰ γὰρ δίκαιοι πάντες γένοιντο, οὐδὲν ἀνδρείας δεήσονται.

Agesilaus dicebat, Nullum esse fortitudinis usum absente justitia: Si enim omnes justi essent, fortitudine nihil egerent.

Γυρτιὰς, ὅτε ἄγγελος ἦλθεν ἐκ Κρήτης τὸν Ἀκροτάτου τοῦ θυγατριδοῦ θάνατον ἀπαγγέλλων, Οὐκ ἔμελλεν, ἔφη πρὸς τοὺς πολεμίους ἥκων, ἢ αὐτὸς ἀποθανεῖσθαι, ἢ καταχαίνειν ἐκείνους; ἥδιον δὲ ἀκούειν, ὅτι ἀπέθανε καὶ ἑαυτοῦ καὶ τῆς πόλεως ἀξίως καὶ τῶν προγόνων, ἢ εἰ ἔζη τὸν ἅπαντα χρόνον κακὸς ὤν.

Gyrtias, cum nuntius ex Creta de Acrotatæ nepotis morte venisset, Nonne debebat, inquit, cum ad hostes iveret, aut ipse mori aut illos trucidare? Mihi autem jucundius est, audire ipsum ex dignitate & sua, & urbis & majorum obiisse, quam si omni tempore viveret ignavus.

Πύρρον τὸν βασιλέα οἱ υἱοὶ παῖδες ὄντες ἠρώτων τίνι καταλείψει τὴν βασιλείαν· ὁ δ᾽ εἶπεν, Ὃς ἂν ὑμῶν ὀξυτέραν ἔχῃ τὴν μάχαιραν. παρεμφαίνων οὐκ ἡλικίᾳ, ἀλλὰ τῇ ἀρετῇ τὴν διαδοχὴν δώσειν. τούτῳ τῷ κέντρῳ ἅπαντας τοὺς παῖδας ἐπὶ τὴν τῆς ἀνδρείας ἅμιλλαν παρώξυνε.

Pyrrus rex, cum a filiis adhuc pueris interrogaretur, cuinam regnum relicturus esset? Quicunque inquit, vestrum acutiorem habuerit gladium: Significans se non ætati daturum principatus successionem, sed virtuti. Hoc stimulo liberos omnes ad certamen fortitudinis excitavit.

Ξενοφῶντα φασὶν ἀπαγγελέντος αὐτῷ τοῦ θανάτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, οὐ μὴ δακρῦσαι, ἀλλὰ γὰρ εἰπεῖν, ᾔδειν θνητὸν γεγεννηκώς.

Fertur Xenephon, cum filium obiisse cognovisset, ne quidem lachrymasse, sed solum

ſolum dixiſſe, Sciebam me eum genuiſſe mortalem.

Ἀλέξανδρος πυθόμενος ὑπό τινος λοιδορεῖσθαι, βασιλικὸν, ἔφη, ἐστὶν, εὖ ποιοῦντα, κακῶς ἀκούειν.

Alexander cum audiviſſet, eſſe quendam qui ipſum convitiis impeteret, Regium eſt, inquit, cum bene facias, male audire.

Λάκαινα τις θάπτουσα τὸν υἱὸν, ὡς γραΐδιον εὐτελὲς προσελθὸν αὐτῇ, Ὦ γύναι, τᾶς τύχας, εἶπε. Νὴ τὼ Σιὼ τᾶς καλᾶς γε, ἔφη, οὗ γὰρ αὐτοῦ ἕνεκεν ἔτεκον, ἵνα ὑπὲρ τᾶς Σπάρτας ἀποθάνῃ, τοῦτο μοι συνέβη. Ἀνδρειοτάτη γυνὴ τὸ τῆς γραὸς πενθεῖν μετέβαλεν εἰς τὸ συγχαίρειν.

Lacæna quædam ſepeliebat filium, ad eam cum anicula quædam acceſſiſſet, dicens, Heu fortunam, o mulier Illa ſubjecit, Per geminos inquit, bonam equidem arbitror. Si quidem cujus gratia filium peperi, videlicet, ut pro Sparta moreretur, id mihi contingit. Fortiſſima mulier, aniculæ deplorationem vertit in gratulationem.

Locus XXVIII.

DE LINGUA,

MODERATIO LINGUÆ USU, Garrulitate.

Ζήνων πρὸς τὸ φλύαρον μειράκιον, διὰ τοῦτο, εἶπε, δύο ὦτα ἔχομεν, στόμα δὲ ἕν, ἵνα πλείω μὲν ἀκούωμεν, ἥττονα δὲ λέγωμεν.

Zeno, ad adoleſcentem multa temere garri ntem, dixit: Ob id binas habemus aures, & os unicum, ut plura audiamus, loquamur pauciſſima.

Ἀνάχαρσις ἐρωτηθεὶς τί ἐστιν ἐν ἀνθρώποις ἀγαθὸν

θὸν τε καὶ φαῦλον, ἔφη, Γλῶσσα.

Anacharsis interrogatus, quid in homine esset & optimum & pessimum, Respondit, Lingua.

Ἀριστοτέλης ἐρωτώμενος ὑπό τινος, τίς καταχεῖν δύναται λόγον ἀπόρρητον, ἔφη, ὅστις καὶ διάπυρον ἄνθρακα τῇ γλώσσῃ καταχεῖν δυνήσεται.

Aristoteles interrogatus a quodam, quis arcanum sermonem continere posset, dixit: Qui carbonem quoque ignitum lingua sua retinere posset.

Σιμωνίδης μηδέποτε μὲν αὐτῷ ἔλεγε μεταμεληθῆναι σιγήσαντι, φθεγξομένῳ δὲ πολλάκις.

Simonides dicebat, nunquam se pœnituisse silentii, sermonis autem sæpius.

Δημοσθένης ὀνειδίζοντος αὐτῷ τινὸς ὅτι σῶμα δυσῶδες εἶχε. Πολλὰ γὰρ, εἶπεν, αὐτῷ τῶν ἀπορρήτων ἐγκατεσάπη.

Demosthenes, cum quidam ei objiceret oris fætorem: Multa, dixit, secreta in eo computruerunt.

Ἀριστοτέλης ἔφη, φαύλου ἀνδρὸς, καθάπερ κυνὸς στυγνοῦ, δεῖν σιγὴν μᾶλλον, ἢ τὴν φωνὴν εὐλαβεῖσθαι.

Aristoteles dixit, hominis improbi, sicut taciti canis, silentinm magis, quam sermonem cavendum esse.

Χίλων ἐρωτηθεὶς, τί δύσκολον, ἔφη, τὰ ἀπόρρητα σιωπῆσαι, καὶ σχολὴν εὖ διαθέσθαι, καὶ ἀδικούμενον δύνασθαι φέρειν.

Chilo interrogatus, quid esset difficile, Arcana, inquit, reticere, & otium recte collocare, & posse injuriam ferre.

Ὁ αὐτὸς προσέταττε γλώττης κρατεῖν, καὶ μάλιστα ἐν συμποσίῳ. ὅτι αὐτὸ

τὸ βρῶμα καὶ τὸ ποτὸν ἐπὶ τὴν ἀκρασίαν παρακαλεῖ. Ἔλεγε καὶ μὴ κακολογεῖν, εἰ δὲ μὴ, ἀκούσεσθαι ἐφ' οἷς λυπήσεσθαι.

Idem precipiebat, linguam cum alias semper, tum præcipue in convivio continendam: quod illic cibus & potus invitet ad intemperantiam. Dicebat etiam, proximo non esse maledicendum, alioquin audituros nos, quæ dolorem allatura sint.

Δημάρατος Λάκων ἐν τινὶ συνεδρίῳ ἐρωτώμενος, πότερον διὰ μωρίαν, ἢ διὰ πορίαν λόγων σιωπᾷ. Ἀλλ' ὅγε μωρὸς οὐκ ἂν δύναιτο σιωπᾷν, ἔφη.

Demaratus Lacon in consessu quodam rogatus, Utrum ob stultitiam, an ob sermonis inopiam sileret, Respondit, Atque stultus ne potest quidem silere. ¶ Idem & Solon dixit: Οὐδεὶς μωρὸς σιωπᾷν ἐν συμποσίῳ δύναται. Nullus stultus in convivio tacere potest.

Σπίνθαρος ὁ Ταραντῖνος οὐκ ὀλίγον τῷ Ἐπαμινώνδᾳ συνδιατρίψας χρόνον, πολλάκις ἔλεγε, μηδενί πω τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώπων ἐντετυχέναι, μήτε πλείονα γινώσκοντι, μήτε ἐλάττονα φθεγγομένῳ.

Spintharus Tarentinus, qui non exiguo tempore cum Epaminonda versatus erat, sæpe dicebat, se in neminem suæ ætatis hominem incidisse, qui illo & plura nosset, & pauciora loqueretur.

Θαλῆς ἔλεγεν. Οὐ τὰ πολλὰ ἔπη φρονίμην ἀποφαίνεσθαι δόξαν.

Thales dicebat: Non multa verba prudentis animi inditium esse.

Ἀρχιδαμίδας μεμφομένου τινὸς Ἑκαταῖον τὸν σοφιστὴν, ὅτι παραληφθεὶς εἰς τὸ συσσίτιον αὐτῶν, οὐδὲν ἔλεγεν, Ἀγνοεῖν μοι δοκεῖς, εἶπεν, ὅτι ὁ εἰδὼς λόγον, καὶ τὸν τοῦ λέγειν καιρὸν οἶδε.

Archi-

Archidamidas cuidam, qui vitio vertebat Hecatæo rhetori, quod adhibitus ad ipsorum convivium nihil dixisset, Videris, inquit, nescire, quod is, qui dicendi novit artem, etiam dicendi novit opportunitatem. ¶ In senatu, in foro, in concionibus, in legationibus, aliisque reipub. negotiis locus est oratori: in conviviis vero temulentis majore cum laude silet eruditus, quam loquitur.

Ἰσοκράτης Καρέωνος ὄντος λάλου καὶ σχολάζειν παρ' αὐτῷ βουλομένου, διπλοῦς ἤτησε μισθούς· τοῦ δὲ τὴν αἰτίαν πυθομένου, Ἕνα μὲν ἔφη, ἵνα λαβεῖν μάθῃς, τὸν δὲ ἕτερον, ἵνα σιγᾶν.

Isocrates a Carcone immodice loquaci, cum is vellet ipsius institutione uti, duplicem exegit mercedem: caussam interroganti, Unam, inquit, ut loqui, alteram ut tacere discas.

Ζήνων, Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως πρέσβεις Ἀθήναζε πέμψαντος, κληθεὶς ὑπ' αὐτῶν σὺν ἄλλοις φιλοσόφοις ἐπὶ δεῖπνον· κἀκείνων παρὰ πότον ἀποδιδόντων ἐπιδείκνυσθαι τὴν αὐτῶν ἕξιν, αὐτὸς ἐσίγα. τῶν δὲ πρέσβεων ζητούντων, τί ἀπαγγείλωσι περὶ αὐτοῦ πρὸς Ἀντίγονον, τοῦτ' αὐτὸ ἔφη, ὃ βλέπετε. δυσκρατέστατον γὰρ πάντων ὁ λόγος.

Zenon, Antigoni regis legatis Athenas missis, una cum aliis Philosophis ad convivium vocatus est: & cum reliqui inter pocula suam quisque eruditionem ostentaret, ipse tacebat. Cum autem legati interrogarent, quid Antigono deberent de ipso renunciare. Hoc ipsum, dixit, quod videtis. Oratio enim omnium est difficilima moderatu.

Ἀριστοτέλης ἐρωτηθείς, διὰ ποίαν αἰτίαν τοὺς ῥήτορας διδάσκων λέγειν, αὐτὸς σιωπᾷς, εἶπε, καὶ γὰρ ἡ ἀκόνη αὐτὴ μὲν οὐ τέμνει, τὰ δὲ ξίφη ὀξέα ποιεῖ.

Aristote-

Ariſtoteles interrogatus, quamobrem cum alios doceret loqui, ipſe taceret? dixit: Nempe cos quidem ipſa non ſcindit, cultros autem acuit.

Καλῶς παρὰ Πλουτάρχῳ λέγεται, Ὅπερ ἂν σιωπᾶσθαι βούλῃ, μηδενὶ εἴπῃς. ἢ πῶς παρά τινος ἀπαιτήσεις τὸ πιστὸν τῆς σιωπῆς, ὃ μὴ παρέχεις σεαυτῷ.

Præclare apud Plutarchũ dicitur: Nemini dixeris quod taceri vis. Quomodo enim ab alio poſtulabis ſilentii fidem, quam tibi ipſe non præſtitiſti?

Δημοσθένης ἐν συμποσίῳ πρὸς τὸν λαλοῦντα πολλὰ, Εἰ τοσαῦτα, ἔφη, ἐφρόνεις, οὐκ ἂν τοσαῦτα ἐλάλεις.

Demoſthenes in convivio aliquo, cum quidam multa loqueretur, Si, inquit, ſaperes, non tam multa loquereris.

Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς διὰ τί μίαν γλῶσσαν ἔχομεν, ὦτα δὲ δύο, εἶπεν, ὅτι διπλάσιον δεῖ ἀκούειν, τοῦ λέγειν.

Idem interrogatus, cur unicam habeamus linguam, aures vero duas, Quia, inquit, duplo plus audire oportet, quam loqui.

Locus XXIX.

DE GRATITUDINE, ET GRATIArum actione.

Δημοσθένης ἔφη, τὸν μὲν εὖ παθόντα δεῖν μεμνῆσθαι τὸν πάντα χρόνον. τὸν δ᾽ εὖ ποιήσαντα εὐθὺς ἐπιλελῆσθαι.

Demoſthenes dixit, Semper officia meminiſſe debere illum, in quem collocata ſint: eum vero qui contulit, ſtatim debere obliviſci.

Ὁ αὐτὸς εἶπε· Τὸ τὰς ἰδίας εὐεργεσίας ὑπομιμνήσκειν καὶ λέγειν, μικροῦ δεῖν ὅμοιόν ἐστι τῷ ὀνειδίζειν.

Idem

Idem dicebat: Commemorare & dicere, quæ ipse benefeceris, parum abest ab exprobrando.

Μὴ ὀνειδίσῃς, ἔφη Σέξτος τῷ φίλῳ σου χάριτας, ἔσῃ γὰρ ὡς οὐ δεδωκώς.

Ne exprobes (dixit Sextus) amico tuo beneficia: alioquin enim eris tanquam non dederis.

Πλούταρχος ἔλεγε, πᾶσαν ὀνειδιζομένην χάριν ἐπαχθῆ καὶ ἄχαριν, καὶ οὐκ ἀνεκτὴν εἶναι.

Plutarch dixit: omne beneficinm, si exprobretur, molestum esse, & gratiam perdere, nec ferri posse.

Ξενοφῶν ἔλεγε, τοὺς ἀγαθοὺς μεγάλα ἀντὶ μικρῶν εὐεργετεῖν.

Xenophon dixit, Bonos pro parvis magna officia conferre solere. Congruit cum illa Græci sapientis sententia: Οἱ ἀγαθοὶ ἀντὶ μικρῶν ἴσασι χάριν Boni pro parvis etiam sunt grati.

Ἀριστοτέλης ἐρωτηθεὶς τί γηράσκειν ταχὺ, χάρις, ἔφη.

Rogatus Aristoteles, quidnam cito senesceret, Gratia inquit ¶ Tribuitur eadem sententia & his verbis Socrati: Οὐδὲν ἐν τῷ βίῳ τάχιστα γηράσκει ὡς ἡ χάρις. Nihil in vita celerius senescit, quam gratia.

Τοῖς εὐεργέταις πᾶσαν εὔνοιαν ἐκ πλήρους ὀφείλομεν· ἔφη Βασίλειος.

Qui de nobis bene meriti sunt, iis omnem benevolentiam præstare debemus: dixit Basilius.

Ὁ αὐτός εἶπε, πρέπουσαν δοξολογίας ὑπόθεσιν, τὴν τῶν εὐεργετημάτων διήγησιν εἶναι.

Idem dicebat, beneficiorum acceptorum commemorationem, honestam laudandi occasionem esse.

Ἔλλων τὶς Καισαρεῖ τῷ σεβαστῷ ἐκ τοῦ βασιλείου

κατα-

καταβαίνοντι, ἐπιγράμματι ἔντιμον προσήνεγκεν ἀμοιβὴν πρέπουσαν προσδοκῶν. ἐπεὶ δὲ τοῦτο πολλάκις μάτην ἔπραττε, καὶ ὁ Καῖσαρ αὐτὸν οὐ παυσόμενον ἑώρακεν, ὅτι γράμμά τι ἑλληνικὸν τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ γράψας, τῷ ἕλληνι, πλησιάζοντι ἔπεμψεν, ὡς στίχοις αὐτὸν ἀμειψόμενος. ὁ ἕλλην δὲ λαβὼν τὸ ἐπίγραμμα ἀνέγνω, καὶ ὑπερβάλλοντας ἐπαίνους περὶ τούτου ἐποιήσατο. εἶτα τῷ δίφρῳ, ᾧ περ ὁ Καῖσαρ ὠχεῖτο προσελθὼν, καὶ ἐξ ἀπόρου πήρας ὀβολοὺς ὀλίγους προφέρων, τῷ Καίσαρι ἐδωρήσατο λέγων. οὐ κατὰ τύχην τὴν σὴν σεβαστέ, εἰ πλέον εἶχον πλέον ἐδίδουν. καὶ τότε μεταπεμψάμενος τὸν ταμίαν, τῷ ἕλληνι δύο τάλαντα δοθῆναι προσέταξε. καλῶς δὲ δήπου προὐχώρησε τῷ ἕλληνι ἢ τῷ ἄρχοντι παρρησία ὀνειδιζομένη φειδωλία.

Græculus quidam Cæsari Aug. descendenti a palatio, honorificum aliquod epigramma porrigebat, remunerationem dignam expectans. Verum cum id sæpe frustra fecisset, nec finem factutum Augustus videret, Epigramma Græcum sua manu scripsit, & Græculo venienti obviam misit, veluti carmina carminibus pensaturus. Græcus vero acceptum carmen legit, ac exquisitissimis verbis laudavit. Deinde cum accessisset ad sellam, qua Cæsar vehebatur, demissa in pauperem crumenam manu pauculos obolos protulit, Cæsarique obtulit his verbis, Non juxta fortunam tuam Auguste : si plus haberem, plus darem. At tunc quæstorem suum Cæsar ivocavit, & duo talenta Græco numerari jussit. Bene profecto cessit Græco palam exprobrata principi intempestiva parsimonia.

Σιμωνίδης παρακαλοῦντός τινος ἐγκώμιον ποιῆσαι, καὶ χάριν ἕξειν λέγοντος, ἀργύριον δὲ μὴ διδόντος, δύο, εἶπεν, οὗτος, ἔχω κιβωτοὺς τὴν μὲν χαρίτων· τὴν δ' ἀργυρίου. καὶ πρὸς τὰς χρείας τὴν μὲν τῆς χαρί-

χαρίτων, κενὴν εὑρίσκω ὅταν ἀνοίξω, τὴν χρησίμην μόνην.

Simonides rogante quodam, ut sibi encomium scriberet, & gratiam se relaturum esse dicente, pecuniam autem non dante, Duas respondit, arcus habeo, unam gratiarum, alterum pecuniæ. Et cum necessitas exegit, gratiarum quidem arcam aperiens, inanem ipsam reperio, alterum vero solam mihi utilem & commodam.

Ξενοφῶν εἶπε, Τοὺς εὖ παθόντας ἀντευεργετεῖν, πανταχοῦ νόμιμον εἶναι.

Xenophon dixit, Ubique justum haberi, ut qui beneficium ab aliquo acceperunt, vicissem gratiam referant.

Δοκοῦσιν ἀδικεῖν (ἔφη ὁ Δημοσθένης) οἱ μὴ τὴν ὁμοίαν τοῖς εὐεργέταις χάριν ἀποδιδόντες.

Injurii putantur (dixit Demosthenes) qui parem bene meritis gratiam non referunt.

Θεοδώρητος εἶπε, Βδελυρὸν εἶναι λήθην χαρίτων, εὐεργετῶν ἀμνημοσύνην.

Theodoretus dicere solebat, Detestabilem esse oblivionem gratiæ, & beneficiorum reticentiam.

Ἡττᾶσθαι ταῖς εὐεργεσίαις τῶν φίλων, καὶ τῶν ἐχθρῶν νικᾶσθαι ταῖς κακοποιΐαις, ὁμοίως αἰσχρὸν εἶναι, ἔφη Ἰσοκράτης.

Superari beneficiis amicorum, & inimicorum maleficiis vinci, peræque turpe esse, dixit Isocrates.

Σωκράτης ἔλεγεν. ἀφ' οὗ ἄν τις εὖ παθών, εἴτε φίλου, εἴτε πολεμίου, μὴ πειρᾶται χάριν ἀποδοῦναι ἄδικός ἐστι.

Socrates dicere solebat: A quo quis beneficia accepit, sive amico, sive inimico, si non studet

det gratiam referre, injustus est.

Θαλῆς ἔφασκε τριῶν τούτων ἕνεκα χάριν ἔχειν τῷ Θεῷ· πρῶτον μὲν, ὅτι ἄνθρωπος ἐγενόμην, καὶ οὐ θηρίον, εἶτα ὅτι ἀνὴρ καὶ οὐ γυνή· τρίτον, ὅτι Ἕλλην καὶ οὐ βάρβαρος.

Thales dicebat, se trium maxime rerum caussa Deo gratias agere: Primum quod homo, & non belua: deinde, quod vir & non mulier: tertio quod Graecus, & non barbarus natus esset.

Δεινὸν ἡ ἀχαριστία φαίνεται, δεινὸν, καὶ πανδεινον, παθόντα γάρ τι καλὸν μὴ ἀμείβεσθαι πειρᾶσθαι, εἰ καὶ μὴ ἄλλως δυνατὸν, δι' ἀχαριστίας γοῦν ταῖς διὰ λόγων, ἢ ἀνοήτου παντελῶς, καὶ ἀναισθήτου τῶν εὐεργεσιῶν, ἢ ἀγνώμονος· ἔλεγε Χρυσόστομος.

Vitium maximum ingratitudo videtur, indignum profecto & perquam indignum vitium. Nam beneficio aliquo affectum, non conari rependere, si non licet aliter, at saltem gratias verbis agendo, vel omnino stulti, & beneficia non sentientis, vel ingrati hominis est: dixit Chrysostomus.

Ὁ αὐτὸς ἔφη, ἡ εὐχαριστία ἐστὶ πρὸς τὸ πλείω δοῦναι παράκλησις.

Idem dicere solebat: Gratiarum actio est ad plus dandum invitatio.

Ὁ αὐτὸς εἶπεν, Εἰ παρ' ἀνθρώπων τι παθόντες ἀγαθὸν, ὅταν ἀνακηρύξωμεν, προθυμοτέρους αὐτοὺς ποιοῦμεν, πολλῷ μᾶλλον τοῦ Θεοῦ τὰς εὐεργεσίας ἀναγορεύοντες, εἰς πλείονα αὐτὸν ἐπισπαζόμεθα εὔνοιαν.

Idem dixit: Si cum ab hominibus beneficium aliquod accepimus, illud grati praedicamus, benevolentiores illos reddimus: quanto magis Dei bene-

beneficia celebrantes, ad majorem erga nos benevolentiam eum invitabimus.

Ἀρταξέρξου ἐλαύνοντος καθ' ὁδὸν, αὐτουργὸς ἄνθρωπος καὶ ἰδιώτης οὐδὲν ἔχων ἕτερον, ἐκ τοῦ ποταμοῦ ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις ὕδωρ ὑπολαβὼν προσήνεγκεν, ἡδέως ἐδέξατο καὶ ἐμειδίασε, τῇ προθυμίᾳ τοῦ διδόντος, οὐ τῇ χρείᾳ τοῦ διδομένου τὴν χάριν μετρήσας.

Cum rex Artaxerxes iter faceret, operarius quidam ac plebeius homo utraque cava manu haustam e proximo flumine aquam, cum nihil aliud haberet, ei obtulit, quam ille hilari vultu accepit & risit, munus non usu ac studio donantis ponderans & metiens.

Πέμψαντος δὲ ἀνθρώπου μῆλον ὑπερφυὲς μεγέθει προσενέγκοντος αὐτῷ, δεξάμενος ἡδέως, νὴ τὸν μίθραν εἶπεν, οὗτός μοι δοκεῖ καὶ πόλιν ἂν ἐκ μικρᾶς μεγάλην πιστευθεὶς ἀπεργάσασθαι.

Idem, cum pauper quispiam insigni magnitudine donum ipsi obtulisset, hilariter accipiens, Per Solem, inquit, hic mihi talis videtur esse, ut si quis ei committat civitatem, possit eam ex parva magnam reddere.

Φίλων ἔλεγεν, Οὐδὲν οὕτως ἐνάγωγον εἰς εὔνοιαν, ὡς τὴν τῶν εὐεργετημάτων εὐφημίαν.

Philo dicere solitus est, Nihil esse quod facilius benevolentiā conciliare possit, quam ipsam beneficiorum gratam commemorationem.

Locus XXX.

DE PIETATE ERGA PARENTES, Honore Parentibus & Senioribus exhibito.

Θαλῆς ὁ Μιλήσιος, οἴκους ἂν ἔφη, ἐράνους ἐν-

ἐγκῃς τοῖς γονεῦσι, τοιούτους αὐτὸς ἐν τῷ γήρᾳ παρὰ τῶν τέκνων προσδέχου.

Thales Milesius dicebat, Qualia in parentes contuleris beneficia, talia in senectute a liberis tuis exspecta.

Τοιοῦτος γίνου, ἔφησεν Ἰσοκράτης περὶ τοὺς γονεῖς, οἵους ἂν εὔξαιο περὶ σεαυτὸν γενέσθαι τοὺς σεαυτοῦ παῖδας.

Talem, inquit Isocrates, te præsta erga parentes tuos, quales erga te optas esse tuos liberos.

Ἐπαμινώνδας ἥδιστον πάντων αὐτῷ τῶν γεγονότων καλῶν καὶ ἀγαθῶν εἶναι ἔλεγε, τὸ τῶν γειναμένων αὐτὸν τοῦ πατρὸς ζῶντος ἔτι καὶ τῆς μητρὸς, ἐν Λεύκτροις νικῆσαι Λακεδαιμονίους. ἀνὴρ ὁ εὐσεβὴς οὐχ οὕτως ἥσθη, ὅτι τῆς δόξης ἐτετυχήκει, ὡς ὅτι τοῖς γονεῦσιν, οἷς τὸν βίον, πάντα τὰ ἑαυτοῦ ἀνετίθει, ταύτην τὴν ἡδονὴν ἐπεποιήκει.

Epaminondas, ex omnibus, quæ præclare & honeste gessisset in vita, illud dicebat sibi esse jucundissimum, quod utroque parente vivo, Leutrica pugna vicisset Lacedæmonios. Vir pius non tam lætatus est, se eam gloriam consecutum esse, quam quod parentibus suis, quibus vitam & omnia sua accepta referrebat, hanc voluptatem peperisset.

Τήλεκρος ἐρωτηθεὶς διὰ τί ἔθος παρ' αὐτοῖς ὅτι, τοὺς νεωτέρους τοῖς πρεσβυτέροις ἐξανίστασθαι, ὅπως, ἔφη, περὶ τοὺς μὴ προσήκοντας οὕτως ἔχοντες τιμῆς μᾶλλον τιμῶσι τοὺς γονέας.

Telucres, percontanti quare mos esset apud Spartanos, ut juvenes assurgant senioribus, Ut, inquit, assueti honorem habere nulla propinquitate junctis, magis honorent parentes.

Πιτ]ακὸς παρακαλούμενος υἱῷ καὶ πατρὶ διαιτῆσαι,

σαι, εἶπε πρὸς τὸν υἱόν· εἰ μὲν ἀδικώτερα μέλλεις λέγειν τοῦ πατρὸς, κατακριθήσῃ· εἰ δὲ δικαιότερα, διὰ τοῦτο αὐτὸ ἄξιος εἶ κατακριθῆναι.

Pittacus vocatus ut filio & patri arbiter controversiæ esset, his verbis ad filium usus est: Si patre iniquiora dixeris, damnaberis: sin æquiora, vel ob istum damnari dignus es.

Διογένης πρὸς τὸν καταφρονοῦντα τοῦ πατρὸς, οὐκ αἰσχύνῃ, ἔφη, καταφρονῶν τούτου, δι' ὃν μέγα φρονεῖς.

Diogenes ad illum, qui patrem suum contemnebat, Non pudet, dixit, te eum contemnere, qui tibi, ut valde sapias, auctor est.

Μειράκιον Ἐρετρικὸν προσεφοίτησε Ζήνωνι πλείονος χρόνου, ἕως ἂν καὶ ἐς ἄνδρας ἀφίκετο. ὕστερον αὖ εἰς τὴν Ἐρετρίαν ἐπανῆλθε, καὶ αὐτὸν ὁ πατὴρ ἤρετο, ὅ, τι ἄρα μάθος σοφὸν ἐν τῇ τοσαύτῃ διατριβῇ τοῦ χρόνου. ὁ δὲ δείξειν ἔφη· καὶ οὐκ εἰς μακρὰν ἔδρασι τοῦτο· χαλεπήναντος γὰρ αὐτῷ τοῦ πατρὸς, καὶ τέλος πληγὰς ἐντείναντος, ὁ δὲ τὴν ἡσυχίαν ἀγαγὼν, καὶ ἐγκαρτερήσας, τοῦτο, ἔφη, μεμαθηκέναι, φέρειν ὀργὴν πατέρων, καὶ μὴ ἀγανακτεῖν.

Adolescens quidam Eretricus Zenonem Philosophum audivit tam diu, donec utilem ætatem attigit: postea reversus Eretricam interroganti patri, quidnam sapientiæ tanta temporis mora didicisset, respondit, se demonstraturum: nec multo post id præstitit. Nam indignante patre, & tandem verberibus eum afficiente, ipse quietus & tolerans, hoc se dedicisse dixit: nempe facile sustinere parentis sui iram, & non ægrè ferre nec indignari.

Πρώτῃ καὶ ὀγδοηκοστῇ Ὀλυμπιάδι, φασὶ τὴν Αἴτνην ῥυῆναι. ὅτι καὶ Φιλό-

νομος καὶ Καλλίας οἱ Καταναῖοι τοὺς ἑαυτῶν πατέρας ἀράμενοι διὰ μέσης τῆς φλογὸς ἐκόμισαν, τῶν ἄλλων κτημάτων καταφρονήσαντες, ἀνθ' ὧν καὶ ἀμοιβῆς ἔτυχον καὶ εἰς τὸ θεῖον. τὸ γὰρ τοι πῦρ θεόντων αὐτῶν, διέσχη, καθ' ὅπερ ἐκεῖνοι παρεγίνοντο.

Olympiade octogesima prima, dicunt Ætna ejectos esse flammarum globos, quando Philonomus & Callias Catanæi, parentes per medium incendium humeris impositos asportaverunt, pecunia & aliis rebus pretiosis relictis: quæ pietas insigni exemplo comprobata & compensata est: Nam flamma mirando modo divisa, spatium gestantibus parentes, ea parte, qua incedebant, concessit.

Ἆγις ὁ τελευταῖος τῶν Λακεδαιμονίων βασιλέων, ἐπεὶ οἱ γονεῖς αὐτοῦ ἄδικόν τι συμπρᾶξαι αὐτοῖς ἠξίουν, μέχρι τινὸς ἀντέλεγον· ὡς δὲ ἐνέκειντο, εἶπεν, Ἕως μὲν παρ' ὑμῖν ἦν, οὐκ ἠπιστάμην δικαιοσύνης οὐδεμίαν εὔνοιαν, ἐπεὶ δέ με τῇ πατρίδι παρέδοτε καὶ τοῖς ταύτης νόμοις, ἔτι δὲ δικαιοσύνην καὶ καλοκαγαθίαν ἐπαιδεύσατο ὡς ἐδυνάσθη, τούτοις μᾶλλον πειράσομαι πείθεσθαι, ἢ ὑμῖν ἕπεσθαι.

Agis Laconiocorum regum ultimus, parentibus rogantibus, ut sibi in re quadam injusta adesset, recusavit illis aliquandiu. Ceterum cum instarent, hunc in modum respondit: Donec essem apud vos, nullam omnino tenebam justitiæ scientiam: verum ubi me patriæ tradidistis, patriæque legibus, insuper justitiam & honestatem, pro viribus, me docuistis, conabor huic magis obtemperare, quam vobis.

Ἔθος ἦν καὶ παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις, τοὺς νέους οὐ μόνον τοὺς ἰδίους αἰδεῖσθαι πατέρας, καὶ ὑπηκόους τούτοις εἶναι, ἀλλὰ πάντας τοὺς πρεσβυτέρους ἐντρέπεσθαι, καὶ ὁδῶν ὑποχωροῦντας,

χωροῦντας, καὶ καθ' ἕδρας ὑπεξισαμένους, καὶ παριόντων ἡσυχάζοντας. διὸ καὶ ἦρχεν ἕκαστος, οὐχ ὥσπερ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι, τῶν αὐτοῦ τέκνων καὶ δούλων καὶ κτημάτων, ἀλλ' ὥσπερ τῶν αὐτοῦ, καὶ τῶν τοῦ πλησίον, ὅπως ὅτι μάλιστα κοινωνῶσι καὶ φροντίζωσιν ὡς ἰδίων.

Mos etiam erat apud Lacones, ut juvenes non solum suos quisque parentes reveretentur, hisque dicto audientes essent, verum etiam ut omnes seniores venerarentur, tum de via cedentes, tum e sedibus assurgentes, ac prætereuntibus quiescentes. Quare factum est, ut quisque, non quemadmodum fit in aliis civitatibus in proprios solum liberos, servos, ac possessiones auctoritatem haberet: Verum etiam in amicorum & vicinorum liberos ac facultates perinde jus haberet, atque in sua propria: ut omnia quam maxime inter se communiter haberent, ac aliena quisque non aliter, quam sua curaret.

Ἀξιομνημόνευτον τὸ τοῦ Βασιλείου ἐστίν· Ἡ περὶ τοὺς γηράσαντας τῶν πελαργῶν ἔννοια, ἐξαρκεῖ τοὺς παῖδας ἡμῶν, εἰ προσέχειν βούλοιντο, φιλοπάτορας καταστῆσαι. πάντων γὰρ οὐδεὶς οὕτως ἐλλείπων κατὰ τὴν φρόνησιν, ὡς μὴ αἰσχύνης ἄξιον εἶναι κρίνειν, τῶν ἀλόγων ὀρνίθων ὑστερεῖν κατ' ἀρετήν. ἐκεῖνοι γὰρ τὸν πατέρα ὑπὸ γήρως πτερορρυήσαντα περιστάντες ἐν κύκλῳ, τοῖς οἰκείοις πτεροῖς περιθάλπουσι, καὶ τὰς τροφὰς ἀφθόνως παρασκευάζοντες, τὴν δυνατὴν καὶ ἐν τῇ ποιήσει παρέχονται βοήθειαν, ἠρέμα τῶν πτερύγων ἐπικουφίζοντες ἑκατέρωθεν. καὶ οὕτω τὴν τῶν εὐεργετημάτων ἀντίδοσιν, ἀντιπελάργωσιν ὀνομάζουσιν.

Digna observatione est hæc Basilii narratio. Ciconiarum erga parentes senes beneficia, satis potest liberos, si modo attendere velint, patris amantes efficere. Nemo est enim adeo prudentia destitutus, qui non pudendum esse judicet, ab avibus rationis expertibus, virtute supe-

rari: illæ enim patrem præ senectute pennas dimittentem in orbem circumstant, ac pennis suis fovent, alimenta copiose suppeditantes, quantum etiam possunt, volatum ejus adjuvant, placide pennis suis utrinque allevantes. Atque sic beneficiorum remunerationem *ἀντιπελάργωσιν* (quasi dicas reciconiationem, *πελαργὸς* enim Ciconiam significat) nominant.

Ἔστι δὲ καὶ τὸ τοῦ Χρυσοστόμου ἀξιόλογόν ἐστιν. Ὡς τοῖς αὐτοῖς μέτροις κατὰ τὴν τοῦ κυρίου φωνὴν, ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πραττομένων μετρούμενοι, μάθωμεν ὡς δεσπότας τιμᾶν γονεῖς, ἵνα καὶ ὑπὸ τῶν ἰδίων τιμηθῶμεν παίδων, καὶ τὸν παρὰ τοῦ κυρίου ὡρισμένον ἐπὶ τούτῳ πλούσιον μισθὸν, ἀπολάβωμεν.

Est & illud Chrysostomi dictum memoria dignum. Quia eadem mensura, ut ait Dominus, in quaque re gerenda nobis reddetur, parentes tanquam dominos honorare discamus: ut & a nostris ipsorum liberis honore afficiamur, & a Domino in hac re definitam mercedem amplam recipiamus.

Σόλων ἐρωτηθεὶς διατί κατὰ τῶν τυπτόντων τοὺς πατέρας, ἐπιτίμιον οὐχ ὥρισεν, ἔφη, ὅτι οὐχ ὑπέλαβον τοιούτους τινὰς ἔσεσθαι.

Solon interrogatus, cur nullas pœnas adversus eos, qui patres verberassent, constituisset: Quod nullos, inquit, tales futuros existimabam.

Ὁ αὐτὸς καὶ κάλλιστα ἐνομοθέτησεν· ἐὰν τις μὴ τρέφῃ τοὺς γονέας, ἄτιμος ἔστω.

Idem hanc legem præclare statuit: Si quis parentes suos non nutriverit, is ignobilis & infamis esto.

Ἀγνώμονι πατρὶ, καθάπερ

θάπερ αὐστηρῷ νόμῳ συμπεριενεκτέον· ἔφη, Σωκράτης.

Difficiliori patri, sicut legi austeræ, mos tamen gerendus est : dixit Socrates.

Λάκων τὶς ἰδὼν ἐν ἀποχωρήσει θακέοντας ἐπὶ δίφρων ἀνθρώπους, Μὴ γένοιτο, εἶπεν, ἐνταῦθα καθίσαι, ὅθεν οὐκ ἔστιν ἐξαναστῆναι πρεσβυτέρῳ.

Lacon quidam, cum in peregrinatione vidisset homines in curulibus sedentes, Absit, inquit, ut in talibus sellis sedeam, unde non liceat assurgere seniori.

Εἰς Λακεδαίμονα παραγενόμενός τις, καὶ τὴν πρὸς τοὺς πρεσβύτας τῶν νέων τιμὴν θεασάμενος, Ἐν Σπάρτῃ μόνῃ, εἶπε λυσιτελεῖ γηράσκειν.

Quidam profectus in Lacædemonem, cum vidisset honorem, quem juniores præstabant senioribus, In sola, inquit, Sparta expedit senescere.

Ἀριστοτέλης ἔφη, τῶν γονέων τοὺς παιδεύσαντας ἐντιμοτέρους εἶναι τῶν μόνον γεννησάντων. τοὺς μὲν γὰρ τὸ ζῆν, τοὺς δὲ τὸ καλῶς ζῆν παρασχέσθαι.

Aristoteles parentes, qui recte liberos instituissent, dicebat multo honorabiliotes esse iis, qui tantum genuissent, quod ab his contigisset vivere, ab illis autem bene vivere.

Ἀθήνησι Παναθηναίων ὄντων, οἱ Ἀττικοὶ γέροντα προσεπηλάκιζον, προσκαλούμενοι μὲν ὡς παραδεξόμενοι, εἰ δὲ παραγένοιτο, οὐ προσδεχόμενοι· ὡς δὲ διεξιὼν σχεδὸν ἅπαντας ἐγένετο κατὰ τοὺς τῶν Λακεδαιμονίων θεωροὺς ἅπαντες τῶν βάθρων ἀναστάντες, τοῦ τόπου παρεχώρουν. ἀγασθεὶς δὲ ὁ ὄχλος ἐπὶ τῷ γεγονότι, ἐκρότησε μετὰ πολλῆς ἐπισημασίας. καί τις εἶπε τῶν Σπαρτιατῶν. Νὴ τὼ Σιώ, ἴσασι μὲν οἱ Ἀθηναῖοι τὰ καλά, οὐ πράσσουσι δέ.

Cum Athenis agerentur Panathenæa. Attici senem sedere cupientem ludibrio habuerunt, invitantes tanquam admissuri: ceterum ubi venisset, non admittentes. Verum jam perambulatis fere omnibus, tandem ad Lacedæmonios spectatores cum venisset, omnes e sedibus assurgentes locum illi cesserunt. Eo facto delectatus populus plausu multaque gestuum significatione comprobavit. Inter hæc e Spartanis quidam dixit per Geminos, Norunt Athenienses quæ honesta sint, sed non ea faciunt.

Φασὶ δὲ τινὲς ὅτι καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ τὸ αὐτὸ ἐγένετο. πρεσβύτης γὰρ συντελουμένου τοῦ ἀγῶνος προθυμούμενος θεάσασθαι, καθέδρας ἠπόρει. πολλοὺς δὲ ἐπιπορευόμενος τόπους, ὑβρίζετο καὶ ἐσκώπτετο, μηδενὸς αὐτὸν προσδεχομένου· ὡς δὲ κατὰ τοὺς Λακεδαιμονίους ἧκεν, ἀνέστησαν πάντες οἱ παῖδες, καὶ πολλοὶ τῶν ἀνδρῶν τοῦ τόπου ἐκχωροῦντες. τῶν δὲ πανελλήνων ἐπισημηναμένων κρότῳ τὸ ἦθος, καὶ ὑπερεπαινούντων, ὁ πρεσβύτης κινήσας πολιόν τε κάρη πολιόν τε γένειον, καὶ δακρύσας, Οἴμοι τῶν κακῶν, φησίν, ὡς ἅπαντες μὲν οἱ Ἕλληνες ἐπίστανται τὰ καλά, χρῶνται δ' αὐτοῖς μόνον Λακεδαιμόνιοι.

Sunt qui narrant idem accidisse in Olympiis. Senex enim erat cupidus spectandi certaminis quod agebatur, sed cum nulla vacaret sedes ad varia loca sese conferens, ludibrio erat, ac scommatis petebatur, quod nullus eum exciperet: ut vero pervenit ad Lacedæmonios, non solum pueri omnes assurrexerunt, verum etiam viri multi cesserunt illi locum. Id factum ceteri Græci, quotquot aderant, plausu comprobassent, patriumque morem supra modum collaudassent, senex

Concutiens canasque genas
& tempora cana,

Ac fusis lachrymis, Heu miseriam, inquit, ut omnes

nes Græci norunt quod honestum sit, sed eo solum utuntur Lacedæmonii.

Locus XXXI.

DE IMPUNITATE.

Κάτων ἔφη, βούλεσθαι μᾶλλον εὐεργετήσας μὴ κομίσασθαι χάριν, ἢ μὴ ὑποσχεῖν κόλασιν ἀδικήσας, διὰ τὸ μηδὲν εἶναι μᾶλλον ἐπισφαλὲς τῆς ἀδείας.

Cato dicere solebat, Se malle pro collato beneficio nullam reportare gratiam, quam pro maleficio perpetrato nullam dare pœnam, quod nihil periculosius sit impunitate.

Ὁ αὐτὸς παρορμῶν τοὺς ἄρχοντας ἐπιτιμᾶν τοῖς ἁμαρτάνουσιν, ἔλεγε, τοὺς δυναμένους κωλύειν τοὺς κακῶς ποιοῦντας, ἐὰν μὴ κωλύωσι, καταλεύειν. ἡγούμενος, πολλὰ κακὰ δρᾶν τὰς πολιτείας τοὺς ἐπὶ τὴν ἄδειαν τοὺς φαύλους παρακαλοῦντας.

Idem exhortans magistratus ad sumendas pœnas de iis, qui deliquerent, dicebat, eos, qui maleficos prohibere possent, nec facerent, lapidandos esse. Sentiens illos de republica male mereri, qui ad scelerum licentiam invitent improbos.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγε, τὴν ἀδικίαν τοῖς ἀδικοῦσι, κἂν μὴ φέρῃ κίνδυνον ἅπασι φέρειν. διδάσκων τὸ τῆς ἀδικίας οὐ κεκολασμένης παράδειγμα πᾶσιν ἀδικίαν ἀπειλῆσαι.

Idem dicebat, Injuriam, etiamsi facienti nihil adferat periculi, universis tamen periculosam esse. Monens impunitæ injuriæ exemplum omnibus injuriam minari.

Λυσίας ἔφη, οἱ μὴ κολάζοντες τοὺς κακοὺς, βούλονται ἀδικεῖσθαι τοὺς ἀγαθούς.

Lysias dicere solitus est, Qui non puniunt malos, hi volunt, ut boni injuria afficiantur.

Πλάτων ἔλεγεν. Ἀεὶ κάκιον εἶναι τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι, καὶ τὸ μὴ διδόναι δίκην, τοῦ διδόναι.

Plato dicebat: Semper deterius esse, injuriam facere, quam pati: & pœnas non dare quam dare.

Ὅσοι τοὺς ἀδικοῦντας κολάζουσιν, οὗτοι τοὺς ἄλλους ἀδικεῖσθαι κωλύουσιν, ἔφη, ὁ Ἰσαῖος.

Qui puniunt injustos, ii reliquis injuriam fieri prohibent; dixit Isæus.

Τίς οὐχ οἶδε, ἔφη, Δημοσθένης, τοῦ μὲν πολλὰ κακὰ γίνεσθαι, τὸ μὴ κολάζεσθαι τοὺς ἐξαμαρτάνοντας, αἴτιον ὄν.

Quis ignorat, inquit, Demonhenes, quod multa mala fiant, impunitatem in caussa esse? Vide locum? De pœnis scelerum.

Locus XXXII.

DE INDUSTRIA, ET LABORE.

Θεοδέκτης ἔλεγε· Πολλὰ δεῖ μοχθεῖν τὸν ἥξοντ᾽ εἰς ἔπαινον εὐκλεῶς· ῥαθυμία δὲ τὴν παραυτίκ᾽ ἡδονὴν λαβοῦσα, λύπας τῷ χρόνῳ τίκτειν φιλεῖν.

Theodectes dicebat: Multum oportet illum laborare, qui gloriosam laudem consecuturus est: Negligentia vero præsente voluptate fruens, dolores afferre solet in posterum.

Ἰσοκράτης ἔφη, τὰς ἐπιφανείας καὶ λαμπρότητας οὐκ ἐκ τῆς ἡσυχίας ἀλλ᾽ ἐκ τῶν ἀγώνων γίνεσθαι.

Isocrates dixit, Celebritatem & splendorem nominis non ex otio, sed ex certaminibus oriri.

Ξενοφῶν ἰδὼν νεανίαν φιλοπο-

φιλοπονοῦντα, ἔφη, Κάλλιστον ὄψον τῷ γήρατι ἀρτύεις.

Xenophon conſpicatus juvenem induſtrium, & laboris amantem, Jucundiſſimum, inquit, ſenectuti condis obſonium.

Κλεάνθης Λακωνός τινος εἰπόντος, ὅτι ὁ πόνος ἀγαθὸν, διαχυθείς, φῆσιν, Αἵματος εἷς ἀγαθοῖο φίλον τέκνος.

Cleanthes cum audiviſſet a Leone quodam laborem probari, ſubjecit, Sanguine præclaro ſatus es cariſſime fili.

Δημοσθένης ἐρωτηθεὶς, πῶς τῆς ῥητορικῆς περιεγένετο, ἔφη, πλέον ἔλαιον οἴνου δαπανήσας.

Demoſthenes a quodam interrogatus, quomodo eſſet dicendi facultatem adeptus, Plus, olei, quam vini conſumendo.

Οὐ δυνατὸν, ἔφη, σοφός τις, τὸν μὴ βάλλοντα εὐστοχεῖν.

Non poteſt fieri, inquit, ſapiens aliquis, ut metam tangat, qui non collimat.

Locus XXXIII.

DE IRA.

Κάτων ὁ πρεσβύτερος τὸν ὀργιζόμενον ἔλεγε τοῦ μαινομένου χρόνῳ διαφέρειν. νομίζων τὴν ὀργὴν, μανίαν τινὰ ὀλιγοχρόνιον εἶναι.

Cato ſenior, Iratum dicebat ab inſano nulla alia re differre quam mora temporis. Sentiens iram, brevem inſaniam eſſe.

Ἀρχύτας ὁ Ταραντῖνος ἀπανελθὼν ἀπὸ τοῦ πολέμου, στρατηγῶν δ' ἐτύγχανε, γῆν καταλαβὼν κεχερσωμένην, τὸν ἐπίτροπον καλέσας αὐτῷ ᾤμωξας ἄν ἔφησεν, εἰ μὴ λίαν ὠργιζόμην.

Archyta Tarentinus, cum ex bello, in quo Imperator fuerat, reverſus, agrum

agrum invenisset ob incuriam vitium contraxisse, accersito colono, Male inquit, tecum ageretur, nisi ego admodum ira arderem.

Πλάτων ὀργιζόμενός ποτε τῷ οἰκέτῃ, ἐπιστάντος Ξενοκράτους, λαβὼν, ἔφη, τοῦτον μαστίγωσον· ἐγὼ γὰρ ὀργίζομαι. αὐτῷ ἠπίστησεν ἄνθρωπος ὁ φιλόσοφος, αἰσθανόμενος τῆς χολῆς. ἀλλὰ τὸ πλῆθος τότε μάλιστα κολάζει, ὅτε ὀργίζεται.

Plato servo iratus, astanti Xenocrati, Accipe, inquit, & flagris hunc cedito: ego enim iratus sum. Sibi diffisus est homo Philosophus, sentiens animi commotionem. At vulgus hominum tum maxime punit, cum irascitur.

Ξενοκράτης πρός τινα τῶν παίδων, Μεμαστίγωσο ἄν, εἶπεν εἰ μὴ ὠργιζόμην.

Xenocrates cuidam famulo sic comminatus est: Loris te cederem, nisi iratus essem.

Ἀθηνοδώρῳ τῷ φιλοσόφῳ διὰ γῆρας εἰς οἶκον ἀφεθῆναι δεηθέντι, συνεχώρη Καῖσαρ, ὁ σεβαστὸς ἀσπασάμενος οὖν αὐτὸν, ὁ Ἀθηνόδωρος εἶπεν, ὅταν ὀργισθῇς Καῖσαρ, μηδὲν εἴπῃς, μηδὲ ποιήσῃς πρότερον, ἢ τὰ εἴκοσι καὶ τέτταρα γράμματα διελθεῖν πρὸς ἑαυτῷ, νομίζων ἀσφαλὲς εἶναι, τὴν ὀργὴν κωλύειν, ἵνα μὴ λέγῃ ἢ πράττῃ τι.

Athenodorus Philosophus, caussatione senectutis, flagitabat a Cæsare Augusto, ut sibi liceret redire domum. Abiturus igitur & vale Cæsari dicturus adjecit: Cæsar cum iratus fueris, Ne quid dixeris fecerisve, priusquam Græcarum litterarum viginti quatuor nomina apud te recensueris. Sentiens tutum esse iram premere, ne in verba vel facta prorumpat.

Ἀρίστιππος Κυρηναῖος φιλόσοφος θεασάμενός τινα ὀργιζόμενον, καὶ διὰ τῶν λόγων χαλεπαίνοντα, ἔφη, μὴ τοὺς λόγους διὰ ὀργῆς ἄγωμεν, ἀλλὰ τὴν ὀργὴν διὰ

διὰ τῶν λόγων καταπαύωμεν.

Aristippus Cyrenensis Philosophus, cum succensere quendam vidisset, ac verbis indignari, dixit: Ne verba per iram efferamus, sed verbis iram compescamus.

Ναυκράτης ὁ σοφὸς τοὺς ὀξυθύμους, ἔφη, παραπλήσιον τοῖς λύχνοις πάσχειν. καὶ γὰρ τούτους πλείονι ἐλαίῳ ἐκκαίεσθαι.

Naucrates sapiens iracundis simile quid accidere dixit, quod lucernis, quæ copioso oleo magis inflammantur.

Ὥσπερ καπνὸς, ἔφη ὁ Ἀριστοτέλης, ἐπιδάκνων τὰς ὄψεις, οὐκ ἐᾷ βλέπειν τὸ κείμενον ἐν τοῖς ποσίν. οὕτως ὁ θυμὸς ἐπαιρόμενος, τῷ λογισμῷ ἐπισκοτεῖ, καὶ τὸ συμβησόμενον ἐξ αὐτοῦ ἄπονον οὐκ ἀφίησι διανοίᾳ προσλαβεῖν.

Ut fumus mordicans oculos (dixit Aristoteles) non videre sinit, quæ ante pedes jacent: Sic iracundia oboriens rationem offuscat: & quod bonum habitura mens fuerat a ratione, eo non sinit ipsam iracundia sine labore & modestia potiri.

Ἀπολλώνιος ἔλεγε, Τῆς ὀξυθυμίας τὸ ἄνθος, μανίαν εἶναι.

Apollonius dicebat, Iracundiæ florem, insaniam esse.

Locus XXXIV.

ΣΤΟΡΓΑΙ ΦΥΣΙΚΑΙ.

Λέγεται Ἀγησίλαος ὁ μέγας ὅτι μικροῖς τοῖς παιδίοις κάλαμον ἐπιβεβηκὼς, ὥσπερ ἵππον, οἴκοι συνέπαιζεν, ὀφθεὶς δ' ὑπό τινος τῶν φίλων, παρεκάλει μηδενὶ φράζειν, πρὶν καὶ αὐτὸς πατὴρ παίδων γένηται.

Dicitur magnus ille Agesilaus aliquando arundine pro equo conscensa, una cum pueris domi lusisse.

Id cum forte vidiſſet ex amicis illius quidam, rogabat eum Ageſilaus, ne cui diceret, quod viderat, priuſquam ipſe liberorum parens factus eſſet: Feſtive ſubindicans, luſum non eſſet levitatis, ſed pietatis, nec hoc quod agebat videri poſſe ineptum ei, qui expertus eſſet, quam ingens ſit affectus charitatis parentum erga filios.

Πλάτων ἔλεγε, πᾶν ζῶον διαφερόντως μάχεσθαι περὶ ὧν ἂν τέκῃ.

Plato dicebat unumquodque animal pro ſuis fœtibus fortiter dimicare.

Τῶν τέκνων τῷ πατρὶ μέλει, ἔφη Ἀριστοτέλης, ἐντεῦθεν δὴ καὶ Ὅμηρος τὸν Δία πατέρα προσαγορεύει.

Liberi ſunt patri curæ, dixit Ariſtoteles. Ideo Homerus Jovem patrem appellat.

Λυκίανος ἔφη, Τὰς μητέρας μᾶλλον τὰ πρῶτα φιλεῖν τῶν τέκνων.

Lucianus dixit, Matres primos quoſque liberos præcipuo quodam amore complecti.

Τῶν ζώων τὸ φιλότεκνον τοῖς μονοτόκοις ἰσχυρότερον ἐμφύεται, κατὰ Πλάτωνα.

Animalibus, quæ ſingulis vicibus unum tantum partum edunt, ardentior erga prolem amor innaſcitur, ut traditum eſt a Platone.

Σόλων παρεκάλει τοὺς ἀνθρώπους υἱῷ, καὶ θυγατρὶ μὴ προσμειδιάσαι, ἵνα μὴ ὕστερον δακρύσωσι.

Solon ſolebat homines hortari, ut filio & filiæ non arriderent, ne poſtea flerent.

Πρὸς υἱὸν ὀργὴν οὐκ ἔχει χρηστὸς πατήρ, ἔφη Χαιρήμων.

Bonus pater non fovet iram

iram contra filium, dixit Chæremon.

Εὐφράντης ὁ Σύρος, τὴν γυναῖκα ἀποβαλὼν ἔλεγεν. ὦ φιλοσοφία, τυραννικά σου τὰ ἐπιτάγματα. λέγεις φιλεῖν κἂν ἀποβάλλῃ τις, λέγεις μὴ λυπεῖ.

Euphrantes Syrus amissa uxore dicebat : O Philosophia, tyrannica sunt præcepta tua : amare jubes, & si quis amiserit quod amabat, dolore prohibes.

Locus XXXV.

DE MORTVIS.

Πλάτων εἶπεν, Οὐκ εἶναι ἀνδρὶ ἀγαθῷ κακὸν οὐδὲν, οὔτε ζῶντι, οὔτε τελευτήσαντι· οὐδὲ ἀμελεῖσθαι ὑπὸ θεοῦ τὰ τούτου πράγματα.

Plato dixit, Non accidere bono viro quicquam mali, neque vivo, neque mortuo, neque unquam ejus res negligi a Deo.

Δημοσθένης ἔλεγε, Μὴ κακῶς λέγειν τεθνεῶτα, μηδ' ἂν ὑπὸ τῶν ἐκείνου τις κακῶν ἀκούῃ παίδων.

Demosthenes dicebat, Mortuo nemini maledicendum esse, etiamsi quis a liberis ejus incessatur maledictis.

Ἐπαινεῖται τοῦ Σόλωνος καὶ ὁ κωλύων νόμος, τὸν τεθνηκότα, κακῶς ἀγορεύειν.

Laudatur etiam illa Solonis lex, quæ prohibit mortuos contumelia affici.

Καυσιανοὶ τοὺς μὲν γινομένους θρηνοῦσι, τοὺς δὲ τελευτήσαντας μακαρίζουσι.

Causiani (populi) lugent in lucem editos, defunctos autem beatos prædicant.

Κατὰ Σόλωνα, ἄνθρωπός ἐστιν εὐδαίμων τότε, ἐπειδὰν ἀποθάνῃ.

Solonis sententia, homo beatus est tum, cum moritur.

Locus

Locus XXXVI.

DE NAVIGATIONE.

Ἀνάχαρσις μαθὼν τέτταρας δακτύλους εἶναι τὸ πάχος τῆς νεώς, τοσοῦτον, ἔφη, τοῦ θανάτου ἀπέχομεν.

Cum Anacharsis intellexisset quatuor digitorum nauis esse crassitudinem, Tantùm, inquit, a morte absunt qui navigant. Notavit negotiatorum avaritiam, qui se lucri caussa in vitæ periculum conjiciunt.

Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς, τίνα τῶν πλοίων εἰσὶν ἀσφαλέστερα, ἔφη, τὰ νενεωλκημένα.

Idem interrogatus, quænam esset securissima navis, Ea, inquit, quæ in portum venit. ¶ Sensit omnem navigationem esse periculosam.

Ἐρωτῶντι πότερον πλείους εἰσὶν οἱ ζῶντες, ἢ οἱ νεκροὶ, ἔφη, Τοὺς οὖν πλέοντας ποῦ τίθης; ἀμφισβητῶν, εἰ εἰς τοὺς ζῶντας τιθέναι χρὴ τοὺς τὸν ἑαυτῶν βίον τῇ τῶν ὑδάτων, καὶ τῶν ἀνέμων δυνάμει πιστεύσαντας.

Interroganti utrum plures sint vivi, quam mortui, Navigantes, inquit, in utro numero ponis? Dubitans an hi essent inter vivos habendi, qui vitam undarum ac ventorum arbitrio commisissent.

Ἐν γῇ πένεσθαι κρεῖττον, ἢ πλουτοῦντα πλεῖν, ἔφη, Ἀντιφάνης.

In terra pauperem esse præstat, quam divitem navigare; dicebat Antiphanes.

Locus XXXVII.

Ἐπίκτητος ἔφη, Εὐγνώμονα εἶναι τὸν μὴ λυπούμενον ἐφ' οἷς μὴ ἔχει, ἀλλὰ χαίροντα ἐν οἷς ἔχει.

Epictetus dicebat, Sapientem

entem esse illum, qui non tristatur propter absentia, sed qui gaudet præsentibus.

Ἀρίστιππον χωρίον ἀπολέσας καλὸν ἠρώτησεν ἕνα τῶν πάνυ περιπαθουμένων συνάχθεσθαι καὶ συναγανακτεῖν, οὐχὶ σοὶ μὲν χωρίδιον ἕν ἐστιν, ἐμοὶ δὲ τρεῖς ἀγροὶ καταλείπονται; συνομολογήσαντος δ' ἐκείνου, τί οὖν, εἶπεν, οὐ σοὶ μᾶλλον ἡμεῖς συναχθόμεθα; παρεμφαίνων ἀνόητου εἶναι, τοῖς ἀπολλυμένοις ἀνιᾶσθαι μᾶλλον, ἢ χαίρειν σωζομένοις.

Cum Aristippus prædium amœnissimum amisisset, cuidam miserabilem hunc illius casum deploranti, Quid, inquit, an nescis, tibi unicum esse prædiolum, mihi vero adhuc tres agros reliquos esse? Cum ille annuisset, Quin igitur, inquit Aristippus, non potius tuam vicem deploramus? Sentiens insipientis esse, dolere magis propter res amissas, quam gaudere illis, quæ adhuc salvæ & integræ sunt.

Νικοκλῆς ὁ Κύπρου βασιλεὺς ἔλεγεν, αἱρεῖσθαι μετὰ δικαιοσύνης τὴν ἑαυτοῦ χώραν μόνην ἔχειν μᾶλλον, ἢ μετὰ κακίας πολλαπλασίας τὴν ὑπαρχούσης κτήσασθαι.

Nicocles Cypri rex dicere solebat, Se malle suam regionem solam juste possidere, quam injuste longe ampliorem acquirere.

Σοφός τις παρὰ Λουκιανῷ φησί· Δεῖ συνετὸν ὄντα ἀρέσκεσθαι καὶ ἀγαπᾶν τοῖς παροῦσι, καὶ μηδὲν ἀφόρητον οἴεσθαι.

Sapiens quidam apud Lucianum inquit: Decet sapientem in præsentibus rebus acquiescere, & nihil intolerabile putare.

Μόνον ἐν ἀνθρώποις πλούσιος ὁ αὐταρκής, εἶπε Σόλων.

Solus homo sua sorte con-

contentus, dives eſt, dixit Solon.

Σωκράτης ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, τίς σοι πλουσιώτερος εἶναι δοκεῖ; εἶπεν ὁ ἐλαχίστοις ἀρκούμενος. αὐτάρκεια γάρ ἐστι φύσεως πλοῦτος.

Socrates interrogatus, quis videretur ſibi ditiſſimus, reſpondit, Qui pauciſſimis contentus eſt. In frugalitate enim ſibi ſufficiente exſiſtunt divitiæ naturæ.

Χρυσόστομος εἶπε, Πλούσιον εἶναι οὐ τὸν πολλὰ κεκτημένον, ἀλλὰ τὸν μὴ πολλῶν δεόμενον.

Chryſoſtomus dixit, Non eum qui multa poſſidet, ſed qui non multis indiget, divitem eſſe.

Locus XXXVIII.

Sed τῇ αὐταρκείᾳ opponitur Faſtidium rerum præſentium, & Saturitas, &c.

Θουκυδίδης ἔλεγεν, τοὺς ἀνθρώπους εἶναι δούλους τῶν ἀεὶ ἀτόπων, ὑπερόπτας δὲ τῶν εἰωθότων.

Thucidides dicebat, homines eſſe ſervos rerum abſurdarum, & contemtores rerum uſitatarum.

Βασίλειος εἶπεν· Οὐδὲν εἶναι οὕτως ἐπιθυμητὸν, ὡς μὴ τῇ συνεχείᾳ τῆς ἀπολαύσεως εὐκαταφρόνητον γίνεσθαι· ὧν δὲ σπανία ἡ κτῆσις, περισπούδαστος ἡ ἀπόλαυσις.

Baſilius dixit: Nihil tam eſſe jucundum, quin perpetuo fruendo contemtibile reddatur. Quorum autem eſt rarior poſſeſſio, eorum etiam eſt jucundior uſus & perceptio.

Κόρος ὕβριν τίκτει, κατὰ τὴν παροιμίαν.

Satietas parit inſolentiam, juxta proverbium.

Λουκιανὸς

Λουκιανὸς ἔφη, Τὸ φιλόκαινον, καὶ τὸ ἀψίκορον, πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχειν.

Lucianus dixit, Amorem novitatis, & fastidium rerum præsentium, omnibus hominibus insitum esse.

Ο' αὐτὸς εἶπε, Τὸ ἀεὶ ὅμοιον, ταχὺ γίνεσθαι ἀνθρώπῳ προσκορές.

Idem dicebat, Illud quod semper sui simile est, celeriter adferre homini satietatem.

Ἰσοκράτης ἔφη, ἁπάντων πλησμονὴν εἶναι.

Isocrates dixit, Omnium rerum satietatẽ quandam esse.

Ο' αὐτὸς εἶπε· Τῶν ἡδέων τὰ σπανιώτατα γινόμενα, μάλιστα τέρπειν.

Idem dicebat: Jucunda, quæ maximæ rara sunt in primis delectari.

Ὧν σπανία ἡ κτῆσις, περισπουδαστος ἡ ἀπόλαυσις· ἔφη Βασίλειος.

Quarum rerum rarior possessio est, illarum quoque jucundior est perceptio & usus: dixit Basilius.

Ο' πρὸς τοὺς ὑπερέχοντας βλέπων, ἔφη Χρυσόστομος, τῆς ἑαυτοῦ εὐπορίας οὐδέποτε δύναται λαβεῖν αἴσθησιν. ἀλλὰ χρὴ αὐτάρκως πρὸς τὰ ἴδια ἔχειν, καὶ εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ.

Qui superiores se respicit, (dixit Chrysostomus) nunquam videre potest quam dives sit. Verum oportet sua sorte contentum esse, & Deo gratias agere.

Ο' αὐτὸς ἔλεγε· φησὶν ὁ Χριστὸς, ζητεῖτε πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. ἡμεῖς δὲ τὴν τάξιν ἀντεστρέψαμεν, καὶ ζητοῦμεν τὴν γῆν, καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ ἀγαθά· διὰ τοῦτο οὔτε ταῦτα, οὔτε ἐκεῖναι ἔχομεν.

Idem dixit: Christus inquit,

inquit, Quærite primum regnum Dei, & justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis : Nos vero invertimus ordinem, & quærimus terram, & bona terrena, quare nec hæc habemus, nec illa.

Δημόκριτος εἶπε, τοὺς ἀνοήμονας τῶν ἀπεόντων ὀρέγεσθαι, τὰ δὲ παρεόντα καὶ παρῳχημένων κερδαλεώτερα ἐόντα, ἀμαλδύνειν.

Democritus dixit, Stultos absentia expetere, præsentia vero, etiamsi præteritis meliora sint, negligere.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγε· Τοῦ πλέονος ἐπιθυμία τὸ παρεὸν ἀπόλλυσι, τῇ Αἰσωπίῃ κυνὶ ἰκέλη γιγνομένη.

Idem dicere solebat : Cupiditas plurium rerum amittit præsentia, sicut olim canis ille Æsopicus.

Locus XXXIX.

DE PRODITIONE.

Ἐπεὶ Ῥυμετάλκης ὁ τῶν Θρᾳκῶν βασιλεὺς ἀπὸ Ἀντωνίου μεταβαλλόμενος πρὸς Καίσαρα τὸν σεβαστὸν, οὐκ ἐμετρίαζεν παρὰ τοὺς πότους, ἀλλ' ἦν ἐπαχθεὶς ὀνειδίζων τὴν συμμαχίαν, προπιὼν τινι τῶν ἄλλων βασιλέων, ὁ Καῖσαρ εἶπεν, Ἐγὼ προδοσίαν φιλῶ, προδότας οὐκ ἐπαινῶ. διδάσκων τοὺς διὰ προδοσίας ὠφελήσαντας οὐδεμιᾶς χάριτος ἀξίους εἶναι.

Cum Rymetalces Thracum rex, qui ab Antonio ad Cæsarem Augustum defecerat, insolentius sua erga Cæsarem merita jactaret, ac sine fine belli societatem exprobrans illi molestus esset, Cæsar alteri cuidam regum propinans dixit, Proditionem amo, priditores non laudo, Significans his qui proditione profuerunt, nihil gratiæ deberi.

Δημοσθένης ἀληθῶς ἔφη. Ἐπειδὰν τῶν πραγμάτων ἐγκρατὴς ὁ ζητῶν ἄρχειν, καταστῇ, καὶ τῶν ταῦτα ἀποδομένων δεσπότης ἐστὶ, τὴν δὲ πονηρίαν εἰδὼς, τότε δή τότε

καὶ

ϗ μισεῖ, ἀπιστεῖ ϗ προπηλακίζει.

Vere Demosthenes dixit : Postquam Tyrannus eas res, quæ proditionis adjumenta desiderant, consecutus est, ipsos proditores propter malitiam odit & detestatur, eisque quantum potest, diffidit.

Ἐπεὶ μὲ Τέννης τὴν τῶν Σιδωνίων πόλιν Ὤχῳ τῷ βασιλεῖ προδέδωκε, τοῦτον τὸν ἔπαινον, ϗ ταύτην τὴν λείαν παρὰ τοῦ βασιλέως ἔλαβεν, Ὁ δὲ βασιλεὺς ὑπολαβὼν τὸν Τέννην μηκέτι χρήσιμον ὑπάρχειν, ἀνεῖλεν

Cum Tennes urbem Sidoniorum regi Ocho prodidisset, hanc laudem & hæc spolia a rege retulit: Rex existimans Tennem non amplius esse utilem, eum interfecit.

Περσῶν τὴν Ἑλλάδα λεηλατούντων, Παυσανίας ὁ τῶν Λακεδαιμονίων στρατηγὸς, ἔμελλε προδιδόναι τὴν Σπάρτην, φωραθέντος δὲ τούτου, Ἡγησίλαος ὁ πατὴρ μέχρι τοῦ ναοῦ τῆς Ἀθηνᾶς συνεδίωξεν, ϗ τὰς θύρας τοῦ τεμένους πλίνθοις φράξας, λιμῷ ἀπέκτεινεν· ἡ δὲ μήτηρ ϗ ἄταφον ἔρριψεν.

Persis Greciam populantibus, Pausanias Lacedemoniorum dux Spartam prodere voluit. Re comperta, pater ejus Hegesilaus eum usque ad fanum Minervæ persecutus est, obturatisque fani foribus latere coacto, fame necavit : mater etiam eum insepultum abjecit. ¶ Eodem modo & Cassius Brutus patricius Romanus, qui pro certa mercede hostibus portas aperire voluit, a patre suo fame necatus est.

Βρέννος ὁ τῶν Γαλατῶν βασιλεὺς, λεηλατῶν τὴν Ἀσίαν ἦλθε, ϗ στρατοπεδευσάμενος, περιέμενε τοῦ πολέμου τὴν προθεσμίαν. παρθένος δέ τις τῶν ἐπισήμων, γένομα Δημονίκη, εἰς ἐπιθυμίαν ἐμπεσοῦσα τοῦ βαρβάρου προὔδωκε

αὐτῷ

αὐτῷ τὴν Ἔφεσον ὑπέσχετο, ἐὰν μισθὸν λάβῃ τὰ ψέλλια καὶ τοὺς ὅρμους. ὁ δὲ Βρέννος δεξάμενος εἰς τόπον ὡρισμένον, ἤγαγε τοὺς ὑποτεταγμένους, καὶ προσέταξεν αὐτοῖς, τὸν χρυσὸν ὅσον εἶχον κόσμου χάριν, βάλλειν εἰς τὸν τῆς φιλαργύρου κόλπον. ποιησάντων δ' αὐτῶν τὸ παραγγελθὲν, ἡ Δημονίκη ὑπὸ τῆς δαψιλείας τοῦ βαλλομένου χρυσίου ζῶσα κατεχώσθη.

Brennus Gallorum rex, vastans Asiam in Ephesum pervenit, ubi castrametatus præfinitum pugnæ diem exspectabat. Interea plebeia quædam virgo nomine Demonice, amore barbari capta, prodituram se ei Ephesum promisit, si torques & monilia pro mercede darentur. Ad hanc Brennus, in certo loco susceptam, subditos duxit: quicquid haberent auri, in gremium avaræ conjicerent, imperavit. Qui cum imperium exsequerentur, Demonice præ auri in se conjecti multitudine, obruta & exstincta est.

Στρουθίου ποτὲ διωκομένου ὑπὸ ἱέρακος, καὶ εἰσπηδήσαντος εἰς τοὺς τοῦ Ξενοκράτους κόλπους, καταψήσας μεθῆκεν, εἰπὼν, τὸν ἱκέτην δεῖν μὴ ἐκδιδόναι.

Cum aliquando passer accipitri futurus præda se in Xenocratis sinum abdidisset, texit eum ac fovit, dicens, Non oportere supplicem prodere. Huc pertinet versus,

Μηδ' ἱκέτας ἀδικεῖν, ἱκέται δ' ἱεροί τε καὶ ἁγνοί.

Non violandus erit supplex, sacer esse putetur.

Μετὰ τὴν Ἰλίου πόρθησιν ἐξεβράσθη Διομήδης εἰς Λιβύην, ἔνθα Λύκος ἦν βασιλεὺς, ἔθος ἔχων τοὺς ξένους, Ἄρει τῷ πατρὶ θύειν. Καλλιρόη δὲ ἡ θυγάτηρ ἐρασθεῖσα Διομήδους τὸν πατέρα προὔδωκε, καὶ τὸν Διομήδην ἔσωσα, λύσασα τῶν δεσμῶν. ὁ δὲ ἀμελήσας τῆς εὐεργέτιδος, ἀπέπλευσεν· ἡ δὲ βρόχῳ ἐτελεύτησε

λεύτησε τῆς προδοσίας δίκην δοῦσα.

Post Ilii excidium Diomedes in Africam maris fluctibus ejectus est. Regnabat autem ibi Lycus, qui peregrinos, de more, patri, Patri Marti immolabat. Sed filia ejus Calliroe Diomedis amore capta, patrem prodidit, & Diomedes vinculis exsolvit. Hic vero, benefactricis nulla ratione habita, avectus cum esset, Calliroe fune sibi mortem consciscens, pœnas proditionis dedit.

Locus XL.

DE HONORE LITERIS EXHIBITO.

Κιβωτίου τινὸς Ἀλεξάνδρῳ τῷ μεγάλῳ προσενεχθέντος, οὗ πολυτελέστερον οὐδὲν ἐφάνη τοῖς τὰ Δαρείου χρήματα καὶ τὰς ἀποσκευὰς παραλαμβάνουσιν, ἠρώτα τοὺς φίλους ὅτι δοκοίη μάλιστα τῶν ἀξίων σπουδῆς εἰς αὐτὸ καταθέσθαι. πολλὰ δὲ πολλῶν λεγόντων, αὐτός ἔφη τὴν Ἰλιάδα φρουρήσειν, ἐνταῦθα καταθέμενος.

Cum ad Alexandrum magnum scriniolum delatum esset, quo inter Darii opes nihil pretiosius repertum est, interrogavit amicos, in quem usum destinandum esset, Aliis aliud suadentibus, dixit, Huic optime servanda dabitur Ilias Homeri. Sentiens nullum esse thesaurum Homero pretiosiorem.

Ἀλκιβιάδης παρελθὼν διδασκαλεῖα, ῥαψῳδίαν Ἰλιάδος ᾔτει· τοῦ δὲ διδασκάλου μηδὲν ἔχειν Ὁμήρου φήσαντος, ἐντρίψας αὐτῷ κόνδυλον παρῆλθεν, δηλῶν, τὸν μὴ ἀεὶ Ὅμηρον ἐν χερσὶν ἔχοντα, ἀναιδῶς τὰ γράμματα διδάσκειν.

Alcibiades ludum literarium ingressus, poposcit Iliadem Homeri: cum autem ludimagister negasset sibi quicquam esse Homeri

meri impegit illi pugnum & abiit. Declarans eum impudenter docere literas, qui non semper Homerum in manibus haberet.

Σιγίσμουνδος ὁ αὐτοκράτωρ, ὥσπερ αὐτὸς τὴν παιδείαν περὶ πολλοῦ ἐποιεῖτο, οὕτω καὶ ἄνδρας τοὺς τῆς παιδείας τετυχηκότας ἀεὶ εὐεργετῆσαι ἐπεφέρετο· οὗ γὰρ ἕνεκα ὑπὸ τῶν τῆς Γερμανίας ἀρχόντων ἐπιτιμώμενος, τί μὴ ἔφη, τοὺς ἐκείνους ἀγαπήσω, οὓς ἡ φύσις τῶν ἄλλων προέχειν ἤθελε.

Sigismundus Imperator, ut ipse eruditionem amavit, ita viros eruditione præstantes, semper ornare studuit: Quo nomine cum a Germaniæ principibus objurgaretur, quod homines obscuro genere natos foveret, Quid ni, inquit, eos amen, quos natura ceteris antecellere voluit.

Ἀλφονσὸς ὁ Ἀραγόνων βασιλεὺς, πυνθανόμενος τινα τῶν Ἱσπανίας βασιλεων εἰρηκέναι, Οὐ πρέπειν τοὺς ἄνδρας ἄρχοντας γράμματα ἐπίστασθαι, ἐφθέγξατο, ταύτην τὴν φωνὴν βοὸς, ἀλλὰ μὴ ἀνθρώπου εἶναι.

Alphonsius Aragonum rex, cum audivisset, quendam ex Hispaniæ regibus dixisse, Non decere principes viros scire literas, Exclamavit, eam vocem bovis esse, non hominis.

Locus XLI.

DE MEDICINA.

Νικοκλῆς τοὺς ἰατροὺς εὐτυχεῖς ἔλεγεν ὄντα τὰς μὲν εὐτυχίας αὐτῶν ὁ ἥλιος ὁρᾷ, τὰς δὲ ἀποτυχίας ἡ γῆ καλύπτει.

Nicoles medios felices esse dicebat, quoniam successus quidem ipsorum sol intuetur, errores autem terra operit.

Στρατόνικος ἰατρὸν κο-

λακείων

λακεδῶν ἔλεγε, ἐπαινῶ σε τὴν ἐμπειρίαν, ὅτι ἐκ ἐᾷς τοὺς ἀῤῥώςους κατασαπῆναι, τάχιον αὐτὺς τῦ ζῆν ἀπαλλάσσων.

Stratonicus adulans medico dicebat : Laudo tuam experientiam : quia non finis infirmos conputrefcere, ftatim eos a vita liberans.

Σοφὸς ἀκέσας παρὰ ἰδιώτε ἰατρῦ, ὅτι γέρων γέγονας, ἔφη, ὅτι ἐκ ἐχρησάμην σοι ἰατρῷ.

Sapiens quidam, cum imperitus medicus ei dixiſſet, Senex factus es, reſpondit : Quia non uſus ſum te medico.

Δημόκριτ۞ εἶπε, καὶ ἰατρὸν καὶ φίλον ἐ τ̃ ἡδίω ἀλλὰ τ̃ ὠφελιμώτερον ἐκλέγεϑς δεῖν.

Democritus dicebat, Et medicum & amicum, non jucundiorem, ſed utiliorem elegendum eſſe.

Πλάτων λέγειν εἰώϑει· Ὅταν τὶς παρὰ τὴν εἱμαρμένην τὰ σώματα φθείρῃ φαρμακίαις, ἅμα ἐκ μικρῶν μεγάλα καὶ πολλὰ ἐξ ὀλίγων νοσήματι φιλεῖ γίγνεϑς. παιδαγωγεῖν δεῖ διαίταις πάντα τὰ τοιαῦτα.

Plato dicere ſolebat : Cum quis præter fatum corpus pharmacis corrumpit, ſimul ex parvis magni, & ex paucis multi morbi oriri ſolent. Ideo diæta conveniente initia morborum curàre oportet.

Ἀρχομένων τῶν νόσων, ἤν τι δοκέῃ κινέειν, κίνει. ἀκμαζεσῶν δὲ, ἡσυχίαν ἔχειν βέλτιον ἐςιν· Ἱπποκράτης ἔφη.

Morbis incipientibus ſi quid movendum videtur, move : Vigentibus vero melius eſt quieſcere : dixit Hippocrates.

Δημοσθένης εἶπε, ἄριςος ἐςὶν ἰατρὸς, ὃς τοὺς ὑπὸ τῶν ἑτέρων ἀπεγνωσμένες

γνωσμένους ἀναλαμβάνει.

Demosthenes dicebat, optimus medicus eſt, qui ab aliis deſperatos refocillat & ſanat.

Παυσανίας κράτιςον ἔλεγε τοῦτον ἰατρὸν εἶναι, τὸν μὴ καταςήποντα τοὺς ἀῤῥωςοῦντας, ἀλλὰ τάχιςα θάπτοντα.

Pauſanias cenſebat eum medicum eſſe optimum, qui non ſineret ægrotos extabeſcere, ſed quamprimum ſepeliret.

Ἀξιομνημόνευτός ἐςι τὸ τοῦ Βασιλείου. Οὔτε φευκτέον πάντη τὴν τέχνην, οὔτ' ἐπ' αὐτὴν πάσας τὰς ἐλπίδας ἔχειν ἀκόλουθον. ἀλλ' ὡς κεχρήμεθα μὲν τῇ γεωργικῇ, αἰτούμεθα δὲ παρὰ τοῦ θεοῦ τοὺς καρποὺς, καὶ τῷ κυβερνήτῃ μὲν τὸ πηδάλιον ἐπιτρέπομεν, τῷ θεῷ δὲ προσευχόμεθα ἐκ τοῦ πελάγους ἀποσωθῆναι· οὕτω καὶ ἰατρὸν εἰσάγοντες τὴν πρὸς θεὸν ἐλπίδα μὴ ἀφιςώμεθα.

Memoria dignum eſt illud Baſilii dictum. Neque prorſus fugienda eſt ars medica, nec omnem in ea ſpem collocare debemus. Verum ut agriculturam exercemus quidem, petimus autem fructus a Deo: Et gubernatori quidem committimus temonem, Deum autem obſecramus, ut e pelago ſervemur: ſic etiam introducentes medicum, in Deum ſperare ne deſinamus.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγεν. Ἀνεπιςήμων ἰατρὸς πρὸς κάμνοντας εἰσιὼν, ἀντὶ τοῦ εἰς ὑγείαν αὐτοὺς ἐπανάγειν, καὶ τὸ μικρὸν λείψανον τῆς δυνάμεως ἀφαιρεῖται.

Idem dixit: Imperitus medicus ad ægrotos ingreſſus, pro reſtitutione ipſorum in ſanitatem, exiguas etiam virium reliquias adimit.

Ἰατρός τις ἀνθρώπῳ ἀῤῥώςως ἔχοντι φάρμακον ἔδωκεν, ᾧ κεχρημένος ὁ

κάμνων

κάμνων ἀνεῤῥώσθη. συνέβη δ' ὕστερον τὴν αὐτὴν νόσον ἀναδραμεῖν. καὶ τότε ὁ κακῶς ἔχων πρὸς τὸ αὐτὸ φάρμακον, ᾧ πρότερον ἰάθη, κατέφυγεν. ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ ᾔσθετο ἰάσεως, τὸν ἰατρὸν μεταπεμψάμενος, ἐπύθετο διὰ τί τὸ αὐτὸ φάρμακον, ὃ πρότερον τὸ νόσημα ἐθεράπευσεν, νῦν αὐτὸ μᾶλλον λυποῖ, τούτου δ' αἴτιον ὁ ἰατρὸς ἀστείως προσαγγέλλων ἔφη· ὁμολογῶ μὲν τὸ αὐτὸ φάρμακον γεγονέναι, ἀλλ' ὅτι ἐγὼ οὐ σοὶ παρεῖχον, μηδὲν ὠφέλησε. διδάσκων τῶν ἰατρῶν εἶναι φάρμακα δοῦναι, ἐπισταμένων ὁπότε καὶ πῶς διδόναι χρή. τὰ μὲν γὰρ νεωτέρῳ χρήσιμα ὄντα, πολλάκις πρεσβυτέρῳ βλάπτει. καὶ τοὐναντίον, τὰ εὐδίας οὔσης ὠφελοῦντα, ἐν χειμῶνι βλαβερά ἐστι.

Medicus quidam ægrotanti dederat pharmacum, eoque sumpto convaluerat ægrotus. Evenit autẽ ut aliquanto post idem morbus recurreret : ægrotus cum ad idem pharmacum, quo prius convaluerat, confugeret, nec sentiret remedium, accersit medicum, admirans qui factum esset, ut eadem medicina, quæ prius depulisset morbum, postea magis aggravaret? Hujus rei caussam medicus festive indicans, respondit : Fateor quidem idem fuisse pharmacum : sed ideo non profuit, quia ego non dedi. Sentiens medicorum esse, pharmaca dare, qui norunt quando & quomodo danda. Quæ enim prosunt juveni, sæpe nocent seni : & contra, quæ juvant cœlo sereno, lædunt turbulento.

Φιλήμων εἰπεῖν εἰώθει, Ὡς κακῶς ἔχει ἰατρὸς, ἂν κακῶς μηδεὶς ἔχῃ.

Philemon dicere solitus est : Quam male habet medicus, si male nullus habet.

Φίλιππος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς τῆς κλειδὸς αὐτῷ κατεαγείσης ἐν πολέμῳ, καὶ τοῦ θεραπεύοντος ἰατροῦ πάντως τι καθ' ἡμέραν αἰτοῦντος, λάμ-

βανε, ἔφη, ὅσα βέλει. τὴν γὰρ κλεῖν ἔχεις· παίζων τῇ τῆς λέξεως ἀμφιβολίᾳ. τὸ γὰρ κλεὶς Ἑλληνικῶς καὶ βαλανάγραν σημαίνει, ᾗ κιβωτὸς, ἢ θυρὰ ἀνοίγεται, καὶ σύζευξιν τοῦ ὤμου καὶ τοῦ στήθους. τί ἔτου ἀνδρὸς ἀστειότερον, ᾧ καὶ ἐν τῇ ἀλγηδόνι τῷ πλεονέκτῃ ἰατρῷ προσπαίζειν ἔδοξεν, οὐδὲ διὰ τὴν ἀνδίαν δυσκολάτερος, οὐδὲ διὰ τὴν τοῦ αἰτοῦντος μοχθηρίαν πικρότερος γέγονε.

Cum Philippo Macedonum regi in bello clavicula fracta esset, ac medicus, a quo curabatur, in singulos omnino dies aliquid posceret, Sume, inquit quantum voles, nam clavem habes: Ludens ancipiti voce: κλεὶς enim Græce & clavem sonat, qua aperitur arcula aut ostium, & commissuram humeri cum pectore. Quid hoc viro civilius, cui & in dolore erga avarum medicum jocari libuit nec ob cruciatum morosior, nec improbitate postulantis offensior factus est.

Νικοκλῆς κακοῦ τινὸς ἰατροῦ λέγοντος, ὅτι μεγάλην ἔχει δύναμιν, ἔφη: πῶς γὰρ οὐ μέλλεις λέγειν, ὃς τοσούτους ἀνῃρηκὼς ἀνάθωος γέγονας.

Nicocles, cum malus quidam medicus diceret, se magnam habere potestatem: Quidni, inquit, ista dicere liceat, qui tam multos impune sustuleris?

Χρυσόστομος ἔλεγε, τοὺς ἀρχαίους τῶν ἰατρῶν, οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ ἀλόγως νομοθετῆσαι, δημοσιεύεσθαι τὴν τῶν ποικίλων ἐργασιῶν ἀπόδειξιν, ἀλλ' ἵνα τοὺς ὑγιαίνοντας ἀσφαλίζωνται.

Chrysostomus dicere solitus est, Veteres medicos non simpliciter neque temere statuisse, ut variarum operationum exhibitio publica fieret, sed ut sanos ita redderent tutiores.

Ὅσω κρείττων ψυχὴ τοῦ σώματος, τοσούτῳ τιμιώτερος τῶν τὰ σώματα θεραπευόντων ὁ τὰς

ψυχὰς

ψυχὰς ἐξιώμενος· ἔφη, Γρηγορ. Νύσσης.

Quanto præstantior est anima quam corpus, tanto majoris pretii est qui medetur animis, quam qui corpus curant: dixit gorius Nyssenus.

Α᾽λφονσὸς ὁ τῶν Α᾽ῤῥαγόνων βασιλεὺς, ἐν Καπούᾳ ἐνόσει. σπουδαζόντων δὲ τῶν ἰατρῶν ἐν τῇ νόσῳ χαλεπωτάτῃ θεραπεύειν αὐτόν, τις ἐκ Κοΐντου τοῦ Κυρτίου τὰ ὑπὸ Α᾽λεξάνδρου τοῦ μεγάλου πεπραγμένα ἤρξατο ἀναγινώσκειν· ταύτῃ δὲ τῇ ἀναγνώσει ἡδόμενος πᾶσαν τὴν τῆς νόσου δύναμιν ἐνίκα, καὶ πάλιν ῥαΐσας, χαιρέτω, ἔφη, Γαλῆνος, χαιρέτω Ι῾πποκράτης, καὶ οἱ ἄλλοι ἰατροί· καὶ ζήτω Κύρτιος ὁ τῆς ὑγιείας αἴτιος.

Alphonsus Aragonum rex, Capuæ adversa valetudine laborabat. Medicis autem multa medicamenta in gravissimo morbo adhibentibus, Quintus Curtius historias de Alexandri Magni rebus gestis scriptas legere cœpit: cujus lectione delectatus rex, cum omnem morbi improbitatem superasset, sanitati restitutus: Valeat, inquit, Galenus, valeat Hipocrates, & alii medici, & vivat Curtius sanitatis restitutor.

Ι᾽ατρὸν καὶ φίλον ἡγοῦ, τοὺς ἐν ἀνάγκαις σπουδαίους, ἔλεγεν Ιέρων.

Medicum & amicum existimato, qui in necessitate diligentes fuerint: dixit Hiero.

Τρόφιλος ἰατρὸς ἐρωτηθεὶς τίς ἂν γένοιτο τέλειος ἰατρὸς, ὁ τὰ δυνατὰ, ἔφη, καὶ τὰ μὴ δυνατὰ δυνάμενος διαγινώσκειν.

Trophilus medicus interrogatus, quis perfectus medicus fieret, dixit: Ille qui possibilia & impossibilia discernere potest.

Τέλειον ἰατρὸν λεγόμενον, ἔλεγε Δίδυμος, οὐ τὸν θεραπεύοντα

πνέοντα πάντως, ἀλλὰ τὸ μηδὲν εἰς ὠφέλειαν ἀνηκόντων καὶ θεραπείαν παραλείποντα.

Perfectum medicum dicimus, inquit Didymus, non qui omnino curat, sed qui nihil eorum, quæ ad utilitatem ægri & curam pertinent, omittit.

Locus XLII.

DE DOLO, FRAUDE, IMPOSTURA.

Βασίλειος ἔλεγε· τὸν δόλον εἶναι κακοποιΐαν λαθραίαν ἐν προσποιήσει τῶν βελτιόνων, τῷ πλησίον προσφερομένην.

Basilius dixit, Dolum esse cum proximo insidias struimus simulatione benevolentiæ.

Ὁ αὐτὸς εἶπεν· Ἐάν τις τὸ κακὸν ἐν προσχήματι τοῦ ἀγαθοῦ ποιῇ, διπλασίονος τιμωρίας ἐστὶν ἄξιος.

Idem dicebat: Si quis scelera perpetrat virtutis prætextu, duplici pœna dignus est.

Ὁ αὐτὸς ἔφη· λανθάνουσαν πονηρίαν, τῆς προκεκηρυγμένης βλαβερωτέραν εἶναι.

Idem dicebat, Occultam malitiam perniciosiorem esse, quam apertam.

Οἱ ἀγαθοὶ εὐαπάτητοι· ἔφη Βίας.

Boni facilime decipiuntur: dixit Bias.

Ὃς, οἷς ἂν ἐγὼ ληφθείην, ταῦτα πράττων, καὶ κατασκευαζόμενος, οὗτος ἐμοὶ πολεμεῖ, κἂν μήπω βάλλῃ, μηδὲ τοξεύῃ· ἔφη Δημοσθένης.

Qui ea, quibus ego capiar, agit & instruit, is mecum bellum geret, etiamsi nondum me vel jaculis, vel sagittis petat. Dixit Demosthenes

---

Λύσανδρος πρὸς τοὺς ψέγοντας

φέροντας αὐτῷ ἐπὶ τῷ δι' ἀπάτης τὰ πολλὰ πράσσειν ὡς ἀνάξιον τοῦ Ἡρακλέους, ἔλεγεν. ὅπου μὴ ἐφικνεῖται ἡ λεοντῆ, προσραπτέον εἶναι τὴν ἀλωπεκῆν· νομίζων δεινὸς σοφιστὴς ὤν, καὶ ἀπάταις τὰ πλεῖστα ποικίλλων, ὅτι τὸ καλῶς πράττειν οὐχ οἷόν τ' εἴη ἐπιτελεσθῆναι, τοῦτο δόλῳ ἐπιτελεστέον εἶναι.

Lyſander illis, a quibus reprehendebatur, quod ut Hercule indignus, pleraque dolo ageret, reſpondit: Quo leonina pellis non perveniret, vulpinam aſſuendam eſſe. Sentiens homo verſutus & fraudulentus, quod honeſtis rationibus non poſſit effici, id fraude efficiendum eſſe.

Locus XLIII.

DE VICINITATE.

Θεμιστοκλῆς χωρίον πωλῶν, ἐκέλευσε κηρύττειν ὅτι καὶ γείτονα χρηστὸν ἔχει, ὡς διὰ τοῦτο ἐγκωμίου τοῦ γείτονος τὸ χωρίον ἂν γένοιτο ἐντιμότερον.

Themiſtocles cum prædium quoddam vendere vellet, hoc quoque præconem addere juſſit, quod vicinum etiam bonum haberet. Quaſi vicini commendatione prædium futurum eſſet longe vendibilius.

Δημοσθένης εἶπεν, Οὐκ εἶναι χαλεπώτερον οὐδὲν, ἢ γείτονος πονηροῦ καὶ πλεονέκτου τυχεῖν.

Demoſthenes dixit, Nihil eſſe moleſtius, quam in vicinum improbum & avarum incidere.

Γείτων ὀργίλος ἔν τε ἀγρῷ καὶ πόλει μεγάλη συμφορά· ἔφη Λιβάνιος.

Vicinus iracundus in agro & in urbe magnum malum eſt: dixit Libanius.

Locus XLIV.

DE OCCASIONE.

Ἰσοκράτης ἔφη, κράτιστον μὲν τῆς ἀκμῆς τῶν καιρῶν τυγχάνειν· ἐπειδὴ δὲ δυσκαταμαθήτως ἔχουσιν, ἐλλείπειν αἱροῦ μᾶλλον, ἢ πλεονάζειν. αἱ γὰρ μετριότητες μᾶλλον ἐν ταῖς ἐνδείαις, ἢ ταῖς ὑπεροχαῖς ἰσχύουσιν.

Isocrates dixit, optimum quidem fuerit, summam occasionem assequi: quoniam vero facile percipi nequit, ultra potius quam citra consistere velis. Quippe mediocritates plus momenti habent, cum adhuc eis deest, quam cum excedunt.

Ὡς ἔρας χρὴ ἀπειμαχήτως ἡρηκέναι. τὸ γὰρ παρεῖναι αὐτάς, κινδυνεύει μὴ οὐχὶ ἐπ' ἔσχατον κακόν. ὥσπερ οὖν κατὰ τὸ ἐναντίον χωρῆσαι· ἔφη Θεόκτιστος.

Occasiones caute deligendæ sunt. Nam si transgrediaris ipsas, extreme aliquando periclitaberis, nec non si citra nimium contristeris. Theoctistus inquit.

Locus XLV.

DE IUDICE,

JUDICIS OFFICIO, Judicio.

Οἱ Αἰγυπτίων βασιλεῖς κατὰ νόμον ἑαυτῶν τοὺς δικαστὰς ἐξώρκιζον, ὅτι κἂν βασιλεὺς προστάξῃ κρῖναι τῶν μὴ δικαίων, οὐ κρινοῦσι.

Ægyptiorum reges, juxta regionis consuetudinem, judices ad jusjurandum adigebant, ut etiamsi rex aliquid juberet eos judicare quod justum non esset, ne judicarent.

Σκιπίων νεώτερος Γάϊον Λικίνιον ἰδὼν παρερχόμενον, Οἶδα, ἔφη, τοῦτον ἐπιωρκηκότα τὸν ἄνδρα· μηδενὸς δὲ κατηγοροῦντος, οὐ δύναμαι

δύναμαι κατήγορος αὐτὸς εἶναι καὶ δικαστής.

Scipio minor cum Licinium prætereuntem vidisset, Hunc, inquit, virum scio pejerasse, Verum quoniam nemo illum accusat, non possum simul & accusator esse & judex.

Βίας ἔλεγεν. ἥδιον δικάζειν μεταξὺ ἐχθρῶν, ἢ φίλων. τῶν μὲν γὰρ φίλων πάντως ἐχθρὸν ἔσεσθαι τὸν ἕτερον· τῶν δὲ ἐχθρῶν τὸν ἕτερον φίλον.

Bias dicebat: Malle se inter inimicos, quam inter amicos judicare. Nam ex amicis alterum prorsus inimicum, ex inimicis autem alterum amicum futurum esse.

Ἀρχιδαμίδας ὁ Λάκων πρὸς τὸν ἐπαινοῦντα Χαρίλλαν, ὅτι πρὸς ἅπαντας ὁμοίως πρᾶος ἦν, Καὶ πῶς ἄν τις, ἔφη, δικαίως ἂν ἐπαινοῖτο, εἰ καὶ πρὸς τοὺς πονηροὺς πρᾶος εἴη; Διδάσκων, δεῖν ἄρχοντα ὡς πρᾶον πρὸς τοὺς ἀγαθοὺς, οὕτω καὶ σεμνὸν δικαστὴν πρὸς τοὺς κακοὺς εἶναι.

Archidamidas Lacon cuidam Charillum prædicanti, quod pariter erga cunctos fuisset mansuetus, Qua fronte, inquit, laudetur aliquis, qui erga sceleratos se mitem præbeat? Significans principem, ut mitem erga bonos, ita severum judicem erga malos esse oportere.

Ἀλκιβιάδης ἔλεγεν, ἐξὸν φεύγειν, μὴ ζῆ τοι δίκην.

Alcibiades dicere solitus est, Si potes fugere ne committas te judicio.

Δημοσθένης λέγει τὴν βουλὴν ἐξ ἀρείου πάγου, τὸ ἀκριβέστατον συνέδριον τῶν τῇ πόλει, οὐκ ἐκ λόγου μόνον, οὐδὲ ἐκ τῶν μαρτύρων, ἀλλ᾽ ἐξ ὧν αὐτοὶ συνίσασι καὶ ἐξητάκασι, τὴν ψῆφον ἐνεγκεῖν.

Demosthenes inquit, Senatum Areopagiticum, quo nullum fuit in urbe præstantius concilium, non ex ratione duntaxat;

neque ex testibus, sed ex sua conscientia, & indagatione, sententiam tulisse.

Ἀντιφῶν εἶπεν. εἰ δέοι τὶ ἁμαρτεῖν, τὸ ἀδίκως ἀπολῦσαι, ὁσιώτερον εἶναι, ἢ τὸ ἀδίκως ἀπολέσαι. τὸ μὲν γὰρ ἁμάρτημα εἶναι· τὸ δὲ ἀδίκως ἀποκτεῖναι, ἀσέβημα.

Antipho dixit: Si peccandum est, melius esse injuste reum absolvere, quam injuste damnare. Illud enim quidem peccatum, hoc vero facinus nefarium esse.

Λυσίας ὁ ῥήτωρ ἔλεγε. Τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν δικάζοντας ἄξιον εἶναι, ἥνπερ νομοθετοῦντας.

Lysias orator dicebat, Judicantes eadem mente præditos esse debere, qua legislatores ipsos.

Κῦρος σὺν τοῖς νόμοις ἐκέλευε. δεῖν τὸν δικαστὴν τὴν ψῆφον τίθεσθαι. τὸ γὰρ νόμιμον δίκαιον εἶναι.

Cyrus monebat, juxta leges a judice calculum ferendum esse. Nam quod cum legibus congruit, id justum esse.

Ἕκαστος κρίνει καλῶς ἃ γινώσκει, καὶ τούτων ἐστὶν ἀγαθὸς κριτὴς, ἔφη Ἀριστοτέλης.

Quæ quisque novit, de iis vere indicat, eorumque æquus est æstimator, dixit Aristoteles.

Πρεσβύτις δικαζομένη ἐπὶ Φιλίππου, ὡς νυστάζοντα ἐπὶ τὰ μέλλοντα ἀποφαίνεσθαι, ἐδεῖτο συγχωρῆσαι αὐτῇ ἐφεῖναι· ὁ δὲ ἐπὶ τίνα, εἶπεν. ἐπὶ Φίλιππον, ἀπεκρίνατο, ἐγρηγορότα. Σημαίνουσα, ἀγαθὸν δικαστὴν ἐν τῷ ἀκούειν νυστάζειν, ἀλλὰ γρηγορεῖν ὀφείλειν.

Cum anus quædam Philippo præsidente caussam diceret, ipsumque ad ea, quæ proponenda erant, somniculosum videret, rogabat

gabat ut sibi liceret provocare. Et cum ille interrogaret, ad quemnam: Ad Philippum, respondit, vigilantem. Significans, Bonum judicem inter audiendum, non dormitare, sed vigilare debere.

Ἄμεινόν ἐστιν, ἔφη Ἐπίκτητος δικαίας κρίνοντα πρὸς τοῦ καταδικασθέντος ἀξίως μεμφθῆναι· ἢ ἀδίκως κρίναντα, παρὰ τῇ φύσει δικαίως ψέγεσθαι.

Melius est, dixit Epictetus, sententia juste pronuntiata, reprehendi ab eo, qui merito suo damnatus est: quam si injuste judicaveris, jure a natura (hoc est, a propria conscientia) accusari.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγεν. Εἰ βούλει τὰς κρίσεις δικαίας ποιεῖσθαι, μηδένα τῶν δικαζομένων καὶ δικαιολογούντων ἐπιγίγνωσκε, ἀλλ' αὐτὴν τὴν δίκην.

Idem dicebat: Si recta judicia exercere voles, nullum litigantium & caussam dicentium, sed caussam ipsam respicias.

Δημοσθένης ἔφη. Ἀεὶ ἐν πάσαις μὲν ταῖς δίκαις ἐξετάζειν δεῖν τὰ βεβιωμένα, μάλιστα δὲ ἐν τοῖς τοιούτοις τῶν ἀγώνων, ἐν οἷς ὁ βίος ἐστὶ τὸ ἔγκλημα.

Demosthenes dicere solebat: Cum in omnibus judicis præteritam vitam considerare oporteat, tum in illis causis maxime, in quibus ipsa vita accusatur.

Κατηγορεῖν οὐκ ἔστι καὶ κρίνειν ὁμοῦ, ἔλεγε Μένανδρος.

Accusare & judicare simul, fas non est: dixit Menander.

Ἐν Θήβαις εἰκόνες ἦσαν ἀνακείμεναι δικαστῶν ἄχειρες, ἡ δὲ τοῦ ἀρχιδικαστοῦ μύουσα τοῖς ὄμμασιν, ὡς ἄδωρον ἅμα τὴν δικαιοσύνην καὶ ἀνέντευκτον οὖσαν.

Thebis judicum imagines

nes erant absque manibus : & summi judices habebant oculos clausos, ideo quod justitia nec muneribus capiatur, nec hominum vultu flectatur.

Βίας θανάτῳ μέλλων καταδικάζειν, ἐδάκρυσεν· εἰπόντος δέ τινος, Τί παθὼν αὐτὸς καταδικάζεις καὶ κλαίεις, εἶπεν· ὅτι ἀναγκαῖόν ἐστι τῇ μὲν φύσει τὸ συμπαθὲς ἀποδοῦναι, τῷ δὲ νόμῳ τὴν ψῆφον.

Bias damnaturus aliquem ad mortem, lacrymatus est. Cum autem dixisset quidam : Quid est quod fleas, cum penes te sit condemnare hominem ? respondit : Quia necessarium est, affectum naturæ, suffragium vero legi tribuere.

Ὁ αὐτὸς φησι, τῶν δικαστῶν ταῦτα μὴ δεηθεῖσι δίκαιον εἶναι ὑπάρχειν· μηδεμίαν μήτε χάριν, μήτε ἄνδρα ποιεῖσθαι περὶ πλείονος, ἢ τὸ δίκαιον, καὶ τὸν ὅρκον.

Idem dixit, a judicibus hæc etiam non rogantibus præstat æquum esse, ut neque gratiam ullam, neque virum pluris faciant, quam æquitatem & jusjurandum.

Θεμιστοκλῆς πρὸς Σιμωνίδην ἐξαιτούμενόν τινα κρίσιν οὐ δικαίαν, ἔφη, μήτ' ἂν ἐκεῖνον γενέσθαι ποιητὴν ἀγαθὸν, ᾄδοντα παρὰ μέλος· μήτ' αὐτὸν ἄρχοντα χρηστὸν, δικάζοντα παρὰ τὸν νόμον.

Themistocles Simonidi petenti, ut in negotio quodam sententiam injustam pronuntiaret, Neque tu, inquit, bonus Poeta esses, si præter Musicæ modulos caneres : neque ego princeps bonus, si contra leges pronunciarem.

Τραϊανὸς ὁ αὐτοκράτωρ, ἔπαρχον τῶν δορυφόρων προχειριζόμενος, καὶ ὀρέγων αὐτῷ τὸ ξίφος, ὃ παραζώννυσθαι αὐτὸν ἐχρῆν,

Λάβε

λάβε τοῦτο, ἔφη, καὶ εἰ μὲν ἄρχω καλῶς, ὑπὲρ ἐμοῦ τούτῳ χρῆσαι· εἰ δὲ κακῶς, κατ' ἐμοῦ.

Traianus imperator, cum præfectum Prætorio designaret, eique ensem porrigeret, quo is accingi debebat, Cape hunc, inquit, & si bene impero, pro me utere: si male, contra me.

Locus XLVI.

DE JUREJURANDO, PERJURIO.

Περικλῆς πρὸς φίλον τινὰ μαρτυρίας ψευδοῦς δεόμενον, ᾗ προσῆν καὶ ὅρκος, ἔφησε μέχρι τοῦ βωμοῦ φίλος εἶναι. ἡγούμενος δίκαιον μὲν εἶναι, χαρίζεσθαι φίλοις. ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ παραβαίνειν τὸ εὐσεβές.

Pericles amico roganti, ut pro se falsum diceret testimonium, cui erat adjunctum jusjurandum, respondit, Se quidem amicum esse, sed usque ad aram: Sentiens, gratificandum quidem esse amicos, sed citra violationem religionis.

Δημοσθένης εἶπε νομίζειν οὐδὲνα τοσαῦτ' ἀγαθὰ ἂν ποιῆσαι, δι' ὃν τοῖς ἀνθρώποις προσήκει ἐπιορκῆσαι.

Demosthenes dixit, se non existimare ullum cujusquam tantum esse posse beneficium, propter quem sit hominibus jusjurandi violanda religio.

Λύσανδρος ἔφη, τοὺς μὲν παῖδας ἀστραγάλοις παίζειν, τοὺς δὲ βασιλεῖς καὶ ἄρχοντας ὅρκοις καὶ συνθήκαις.

Lysander dixit, Pueros astragalis ludere, reges vero & Principes juramentis & fœderibus.

Locus

Locus XLVII.

DE JUREJURANDO ATTICO, quod jurabant omnes, qui ex Ephebis excesserant, continente præcipuos nervos gubernationis domesticæ & bellicæ.

ΟΥ' καταισχυνῶ ὅπλα τὰ ἱερὰ, ἐδ' ἐγκαταλείψω τ̓ παραςάτlω, ὅτῳ ἂν ςοιχήσω. ἀμυνῶ ᾗ καὶ ὑπὲρ ἱερῶν, καὶ ὑπὲρ ὁσίων, καὶ μόνος καὶ κτ̄ πολλῶν. τὴν πατρίδα ᾗ ἐκ ἐλάσσω παραδώσω, πλείω ᾗ καὶ ἀρείω, ὅσlω ἂν παραδέξωμαι. καὶ εὐηκοήσω τῶ ἀεὶ κρινόντων ἐμφρόνως, καὶ τοῖς θεσμοῖς τοῖς ἱδρυμένοις πείσομαι, καὶ ἕς τινας ἂν ἄλλες τὸ πλῆθος ἱδρύσηται ὁμοφρόνως. καὶ ἄν τις ἀναιρῇ τὲς θεσμὲς, ἢ μὴ πείθηται, ἐκ ἐπιτρέψω, ἀμυνῶ ᾗ καὶ μόνος, καὶ κτ̄ πάντων· καὶ ἱερὰ τὰ πάτρια τιμήσω. ἴςορες θεοὶ τέτων.

Non faciam indigna sacris armis, Neque deseram meum manipularem, cuicunque in acie adjunctus ero. Pugnabo autem pro templis, & pro divinis ritibus, & solus & in multitudine. Patriam non deteriorem efficiam, sed meliorem, quam accepi. Semper modeste rebus judicatis, & legibus positis obtemperabo, et iis, quas communi consensu populus condet. Et siquis mutabit leges, aut non obtemperabit, non concedam. Ero autem pugnator, & solus, & in multitudine. Et patria sacra colam. Dii sunt testes horum dictorum.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ὅρκος.

ΟΜνυμι Ἀπόλλωνα ἰητρὸν, καὶ Ἀσκληπιὸν, καὶ Ὑγείαν, Πανάκειαν, καὶ Θεὲς πάντας, καὶ πάσας ἵςορας ποιέμενος ἐπιτελέα ποιήσειν, κτ̄ δύναμιν καὶ κτ̄ κρίσιν ἐμὴν, ὅρκον τόνδε ᾗ καὶ ξυγγραφὴν τήνδε. Ἡγήσεσθαι μ̄ τὸν

τὸν διδάξαντά με τὴν τέχνην ταύτην, ἴσα γενέτῃσιν ἐμοῖσιν, καὶ βίου κοινώσεσθαι, καὶ χρεῶν χρηΐζοντι μετάδοσιν ποιήσεσθαι καὶ γένος τὸ ἐξ ἑωυτέου, ἀδελφοῖς ἴσον ἐπικρινέειν ἄρρεσι, καὶ διδάξειν τὴν τέχνην ταύτην, ἢν χρηΐζωσι μανθάνειν, ἄνευ μισθοῦ καὶ ξυγγραφῆς· παραγγελίης τε καὶ ἀκροήσιος, καὶ τῆς λοιπῆς ἁπάσης μαθήσιος μετάδοσιν ποιήσεσθαι υἱοῖσί τε ἐμοῖσι, καὶ τοῖσι τοῦ ἐμὲ διδάξαντος, καὶ μαθηταῖσι συγγεγραμμένοις τε καὶ ὡρκισμένοις νόμῳ ἰητρικῷ, ἄλλῳ δὲ οὐδενί. Διαιτήμασί τε χρήσομαι ἐπ᾽ ὠφελείῃ καμνόντων κατὰ δύναμιν καὶ κρίσιν ἐμὴν, ἐπὶ δηλήσει δὲ καὶ ἀδικίῃ εἴρξειν. Οὐ δώσω δὲ οὐδὲ φάρμακον οὐδενὶ αἰτηθεὶς θανάσιμον, οὐδὲ ὑφηγήσομαι ξυμβουλίην τοιήνδε. Ὁμοίως δὲ οὐδὲ γυναικὶ πεσσὸν φθόριον δώσω. Ἁγνῶς δὲ καὶ ὁσίως διατηρήσω βίον τὸν ἐμὸν καὶ τέχνην τὴν ἐμήν. Οὐ τεμέω δὲ οὐδὲ μὴν λιθιῶντας, ἐκχωρήσω δὲ ἐργάτῃσιν ἀνδράσι πρήξιος τῆσδε. Ἐς οἰκίας δὲ ὁκόσας ἂν ἐσίω, ἐσελεύσομαι ἐπ᾽ ὠφελείῃ καμνόντων, ἐκτὸς ἐὼν πάσης ἀδικίης ἑκουσίης καὶ φθορίης τῆς τε ἄλλης, καὶ ἀφροδισίων ἔργων, ἐπί τε γυναικείων σωμάτων καὶ ἀνδρῴων, ἐλευθέρων τε καὶ δούλων. Ἃ δ᾽ ἂν ἐν θεραπείῃ ἢ ἴδω, ἢ ἀκούσω, ἢ καὶ ἄνευ θεραπείης κατὰ βίον ἀνθρώπων, ἃ μὴ χρή ποτε ἐκλαλέεσθαι ἔξω, σιγήσομαι, ἄρρητα ἡγεύμενος εἶναι τὰ τοιαῦτα. Ὅρκον μὲν οὖν μοι τόνδε ἐπιτελέα ποιέοντι, καὶ μὴ ξυγχέοντι, εἴη ἐπαύρασθαι καὶ βίου καὶ τέχνης δοξαζομένῳ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποισιν ἐς τὸν αἰεὶ χρόνον· παραβαίνοντι δὲ καὶ ἐπιορκοῦντι, τἀναντία τουτέων.

HIPPOCRATIS
Iusjurandum.

APollinem medicum et Æsculapium, Hygiamque & Panaceam juro deos deasque omnes testes citans, me pro viribus & judicio meo hoc jusjurandum & hanc stipulationem plene præstiturum. Illum nempe parentum meorum loco habiturum spondeo,

ſpondeo, qui me artem iſtam docuit, eique alimenta impertiturum, & quibuſcunque opus habuerit, ſuppeditaturum: Ab eo prognatos pro germanis fratribus reputaturum. Artem hanc medicam ſi addiſcere deſideraverint, abſque mercede & cautione edocturum: Præceptionum, narrationum, cunctæque reliquæ diſciplinæ cum meos & præceptores mei liberos, tum cæteros diſcipulos, qui ſcripto caverint, & in legem medicam juraverint, participes facturum, aliorum vero neminem: Victus etiam rationem pro virili & ingenio meo ægris ſalutarem præſcripturum, a pernitioſa vero & improba eoſdem prohibiturum. Nullius præterea precibus adductus mortiferum medicamentum cuiquam propinabo, neque hujus rei conſilium dabo. Pariter neque prægnanti mulieri peſſum ſubjiciam fœtus corrumpendi gratia. Sed caſte & ſancte colam & vitam & artem meam. Imo ne quidem calculo laborantes incidam. Verum hoc muneris ejus artis magiſtris permittam. In quaſcunque porto ædes pedem intulero, ad ægrotantium ſalutem ingrediar, alienus ab omni injuria voluntaria, & corruptela tum alia, tum præſertim rebus venereis, in mulieribus æque ac virilibus, liberorum item ac ſervorum corporibus tractandis. Quæcunque vero in vita hominum, ſive medicinam factitans ſive non, vel videro, vel audivero, quæ in vulgus efferre non decet, ea reticebo non ſecus atque arcana fidei meæ commiſſa. Quod hic igitur hocce jusjurandum fideliter ſervem, neque violem contingat ut proſpero ſucceſſu tam in vita quam in arte mea fruar, & gloriam immortalem ubivis gentium conſequar. Sin autem id transgrediar, & pejerem, contraria hiſce mihi eveniant.

Locus

Locus XLVIII.

DE PERJURIO, POENA PEIERantium.

ΛΕ'γεται ἐν Τενέδῳ παρεπιδημίαν ποιησάμενον Αρχέτιμον ἐξ Ερυθραίης τ ἰόνων πόλεως ἐπὶ ξένῳ θέσθαι Κυδίη, χρυσοῦ δ' ἠλισμένην οὐκ ὀλίγην ἐμπολὴν ἔχοντα, ταύτην δ παραθέσθαι Κυδίη οὕτως ἔχοντα, ὡς οὐδὲν ἂν βίαιον ἐξ ἀνδρὸς πάθοι δοκέοντός γε δὴ, ὡς τὰ πρὸς ἑαυτὸν ἀρτίως ἐν φιλίῃ συγκεκρῆσθαι. ἔνθα Κυδίη κακὴν βουλὴν εἰς φρένας ἔμβαλε φιλοκερδίη. ἀπαιτεύμενος γὰρ τὸν δοθέντα χρυσὸν ἐν παραθέσει, σκληρὴν ἄρνησιν ἐποιήσατο. τῆς δ' εἰς ἀμφοβολίην πιπτόντων τέλος ἔδοξεν ὅρκῳ κυρῶσαι. Κυδίης μὲν οὖν εἰς τρίτην ἡμέραν βουλόμενος κυρώσειν πίστιν τοῖς θεοῖς ἐπιβεφθεῖσαν, ἀπελθὼν εἰς οἶκον, μηχανὴν τοιήνδε ἔθετο. νάρθηκα γὰρ κοιλήνας παντὸς χρυσοῦ φόρτον εἰς αὐτὸν ἤρεισε· πρὸς δ χεῖρος ἀντίληψιν, εἴληνα μίτρης ἐδέσμευε πάντοθεν, ὡς ἂν κρύπτοι τὴν κατεσκευασμένην πρόφασιν. ἐπειδὴ δ ἡ τεταγμένη παρῆν ἡμέρα νωθρὴν πορείης ἔκλυσιν ποιούμενος, δίηρει δὲ τ νάρθηκα νοσοῦντι ἐπιφέρων σώματι· καταστὰς δὲ ἐναντίον τοῦ νεὼ, ὅνπερ ἔμελλε συνίστορα ποιεῖσθαι, δίδωσι Κυδίες Αρχετίμῳ νάρθηκα. τὸν ἐντὸς ασικίην πᾶσαν κεύθοντα, μέχει περ τελετήσει τὸν τεταγμένον ὅρκον, ἀνατείνας δ τῷ ἐῶν χειρῶν φορὴν εἶπον, ὡς λάβοι μὲν παρ Αρχετίμου παραθήκην ἀποδοίη δ ταύτην· ὅπερ ἦν ἐκ τέχνης πεπλασμένον ψεῦδος. Βαρυνθεὶς δ' ἐπὶ τοῖς λελεγμένοις Αρχέτιμος, ῥήσσει πρὸς ἔδαφος νάρθηκα πληγῇ βαρείῃ. τοῦ δ' αραχθέντος ἐκτὸς ἔρρευ παραθήκης ὄγκος. Αρχέτιμος μὲν οὖν ἐκ θεῶν προνοίης τοιῆσδε ἔτυχε. Κυδίης δ μεγίστην τῆς ἐπορκίας τιμωρίαν ἔδωκε.

Fertur Archetimus ex Erythra Ioniæ civitate, in insulam

insulam Tenedon profectus, apud hospitem Cydiam magnam auri vim deposuisse, nihil sinistri aut violenti de homine, ut cum quo recens jam amicitiam contraxisset, suspicatus. Tum autem avaritia Cydiæ malum consilium suggessi. Cum enim aurum depositum ab eo repeteretur, negat, se quicquam accepisse Cydias. Et cum inter se acriter contenderent, tandem visum est, ut controversia ad jusjurandum devolveretur. Cydias igitur cum tertio die post fidem suam, ceu diis commissam jurejurando confirmaturus esset, domum reversus hujusmodi dolum excogitavit. Omne aurum baculo excavato inclusit & qua parte baculum manus amplectitur, fasciam undiquaque circumvoluit, ut conceptum scelus dolo tegeret. Cum igitur constitutus dies advenisset; Cydias languidum gradum morbi causa fingens, baculo innixus accessit: & stans ante templum, quod juramenti sui conscium esse volebat, baculum, in quo omnis ejus iniquitas latebat, Archetimo tradit asseverandum tantisper, donec ipse juramentum absolvat: deinde manibus elevatis, accepisse se quidem ab Archetimo aurum confitetur, sed id restituisse: quod mendacium erat arte confectum. At his dictis graviter cōmotus Archetimus, summa animi indignatione baculum in pavimentum projecit: quo diffracto omne aurum erupit. Hac quidem divina providentia adjutus est Archetimus. Cydias autem perjurii graves justasque pœnas persolvit.

Ἐκ πολυορκίας, ψευδορκία φύεται· ἔφη Φίλων.

Ex frequenti jurejurando perjurium nascitur: dixit Philo.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγε· Τὸν ὀμνύοντα μάτην ἐπ' ἀδίκῳ, θεὸς ὁ τὴν φύσιν ἵλεος, οὔποτε τῆς αἰτίας ἀπαλλάξει.

λαξεῖ. δυσκάθαρτον καὶ μιαρὸν ὄντα κἂν διαφύγῃ τῆς ἀπ' ἀνθρώπων τιμωρίας.

Idem dixit: Frustra jurantem ob rem iniquam, Deus natura placidus, nunquam culpa liberabit, utpote impurum & scelestum, etiamsi hominum supplicia evaserit.

Ὥσπερ ὁ τὸ σπαρτίον λαβὼν [ἔφη Χρυσόστομος] καὶ πρὶν ἢ τὴν πόλιν ἐξελθεῖν, καὶ δήμιον ἰδεῖν ἐφεστάμενον, τέθνηκεν ἅμα τῷ τὰς θύρας ἐξελθεῖν τοῦ δικαστηρίου· οὕτω καὶ ὁ ὀμόσας ὅτι ψεύδεται, κἂν ζῇ τέθνηκεν.

Quemadmodum cui injectus est laqueus (dixit Chrysostomus) priusquam ex urbe egreditur & adstantem videat carnificem mortuus est, simul atque januam egressus prætorii. Sic & qui falso mendaciterque jurarit, etiamsi vivat, mortuus est.

Locus XLIX.

DE JUSTITIA, INIURIA.

Ἀγησίλαος ἐρωτηθεὶς ποτε, ὁποτέρα βελτίων τῶν ἀρετῶν, ἀνδρεία ἢ δικαιοσύνη, οὐδὲν ὄφελος ἀνδρείας, ἔφασκεν, εἶναι, μὴ παρούσης δικαιοσύνης· εἰς δὲ δίκαιοι πάντες γένοιντο, μηδὲν ἀνδρείας δεηθήσεσθαι.

Rogatus Agesilaus, utra virtus esset præstantior, fortitudo an justitia: fortitudinis, inquit, nullus est usus, nisi adsit justitia, Quod si omnes essent justi, non opus fore fortitudine.

Ἀναξανδρίδας πρὸς τὸν δυσφοροῦντα διὰ τὴν ἐκ τῆς πόλεως αὐτῷ γινομένην φυγὴν Ὦ λῷστε, ἔφη, μὴ τὴν πόλιν φεύγων ὀῤῥώδει, ἀλλὰ τὴν δικαιοσύνην.

Anaxandridas cuidam indigne ferenti, quod cogeretur urbe exsulare. Ne, inquit, vir optime exhorrescas

rescas exsulare civitate, sed a justitia exulare, horrendum est.

Κάτων ὁ πρεσβύτερος ἔλεγε, τὸν ἄρχοντα καὶ κριτὴν δεῖν μήτε ὑπὲρ τῶν δικαίων λιπαρεῖσθαι, μηδὲ ὑπὲρ τῶν ἀδίκων ἐκλιπαρεῖσθαι.

Cato senior dicebat, Magistratum & judicem nec pro justis orandum, nec pro injustis exorandum esse.

Ἐπεὶ Φραάτης ὁ Πάρθων βασιλεὺς ἔπεμψε πρὸς Πομπήϊον, ἀξιῶν ὅρῳ χρῆσθαι τῷ Εὐφράτῃ, μᾶλλον, ἔφη, χρῆσθαι Ῥωμαίους ὅρῳ πρὸς Πάρθους τῷ δικαίῳ.

Pompeius Phraati Parthorum regi per legatos ab ipso postulanti, ut Euphratem Romanæ ditionis terminum esse vellet. Imo, inquit, illud magis postulandum, ut Romanorum fines a Parthorum regno justitia dirimat.

Φωκίων ὁ Ἀθηναῖος ἀξιοῦντος Ἀντιπάτρου ποιῆσαί τι τῶν μὴ δικαίων αὐτῷ, οὐ δύνασαι, εἶπεν, Ἀντίπατρε, καὶ φίλῳ Φωκίωνι χρῆσθαι καὶ κόλακι. Διδάσκων, φίλον φίλου οὐδὲν ἄδικον δεῖσθαι ὀφείλειν.

Phocion Atheniensis, Antipatri petenti, ut in gratiam suam faceret quiddam cum justitia pugnans, Non potes, inquit, O Antipater, Phocione simul & amico & adulatore uti: Significans, amicum ab amico, quod injustum sit, petere non debere.

Θαλῆς ἐρωτηθεὶς, πῶς ἂν ἄριστα καὶ δικαιότατα βιώσαιμεν, ἐὰν, ἔφη, ἃ τοῖς ἄλλοις ἐπιτιμῶμεν, αὐτοὶ μὴ δρῶμεν.

Thales interrogatus quo pacto optime justissimeque vivere queamus, Si, inquit, quæ in aliis reprehendimus, ea ne faciamus ipsi.

Πλάτων ἔλεγε, βέλτιον εἶναι τὸ ἀδικεῖσθαι τοῦ ἀδικεῖν.

Plato

Plato dixit, melius esse injuriam accipere, quam injuriam facere.

Φίλων ἔφη, τὸ βίαιον, ὀλιγοχρόνιον εἶναι.

Philo dixit, Violentum non esse diuturnum.

Δημοσθένης εἶπε, δεῖν οὕτως ἅπαντας ἔχειν τὴν διάνοιαν περὶ τῶν ἀδικουμένων, ὥσπερ ἂν εἴ τι γένοιτο, τοὺς ἄλλους ἀξιώσειε πρὸς αὑτὸν ἕκαστον ἔχειν.

Demosthenes dixit, Omnes homines eo in injuriis affectos animo esse debere, quo erga se, si quid tale accideret, quisque alios esse vellet.

Διογένης ἐρωτηθεὶς ποῖα εἴη θηρία χαλεπώτερα, εἶπεν· ἐν μὲν τοῖς ὄρεσιν ἄρκτοι καὶ λέοντες· ἐν δὲ ταῖς πόλεσι τελῶναι καὶ συκοφάνται.

Diogenes interrogatus, quænam essent feræ pessimæ, dixit: In montibus ursi & leones, in civitatibus autem publicani & sycophantæ.

Τὰ μὲν ἡδέα καλὰ νομίζουσιν ἄνθρωποι· τὰ δὲ συμφέροντα δίκαια· ἔφη Θουκυδίδης.

Ea pro honestis habent homines, quæ sunt voluptuosa: pro justis quæ sunt utilia, dixit Thucidides.

Ὥσπερ οἰκίας, καὶ πλοίου, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων τὰ κάτωθεν ἰσχυρότατα εἶναι δεῖ, οὕτω καὶ τῶν πράξεων τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ὑποθέσεις ἀληθεῖς καὶ δικαίας εἶναι προσήκει, εἶπε Δημοσθένης.

Ut domus, & navigii, & aliarum rerum similium fundamenta firmissima esse oportet: ita & actionum initia fundamentaque vera & justa esse convenit: dixit Demosthenes.

Δημόκριτος ἔλεγε, ζημίαν δεῖν αἱρεῖσθαι μᾶλλον ἢ κέρδος αἰσχρόν· τὸ μὲν

γὰρ ἅπαξ ἡμᾶς λυπεῖν, τὸ δὲ διαπαντός.

Democritus dicebat, Damnum turpi lucro anteferendum esse. Illud enim semel nos dolore afficere, hoc vero semper.

Ἀντιφάνης εἶπε, Τὰ πονηρὰ κέρδη τὰς μὲν ἡδονὰς ἔχειν μικρὰς, τὰς δὲ λύπας μακράς.

Antiphanes dixit, Mala lucra breves habere voluptates, dolores vero longos.

Μεγίστην ἡγοῦμαι συμμαχίαν εἶναι καὶ βεβαιοτάτην, τὸ τὰ δίκαια πράττειν. εἰκὸς γὰρ καὶ τὴν θεοῦ εὔνοιαν ἔσεσθαι μετὰ τούτων· ἔφη Ισοκράτης.

Maximum & firmissimum fœdus est, justa facere. Consentaneum enim est, justa facientibus etiam Deum bene velle, & confederatum esse, dixit Isocrates.

Θεὸς [ὡς Πλάτων ἔλεγε] δείσας ἐπὶ τῷ γένει ἀνθρώπων, μὴ ἀπόλοιτο πᾶν, δωρεῖται ἀνθρώποις αἰδῶ τε καὶ δίκην. ἵν' εἶεν πόλεων κόσμοι τε καὶ δεσμοὶ, φιλίας συναγωγοί.

Deus (ut Plato dixit) metuens, ne totum genus humanum interiret, donavit hominibus pudorem & justitiam, ut essent civitatum ornamenta, & vincula, & amicitiæ conciliatrices.

Ὁ αὐτὸς ὠνόμασε τὴν δικαιοσύνην, ἕρμα πόλεως.

Idem nominabat justitiam fulcrum, seu anchoram, quæ sustentat civitatem.

Ὁ αὐτὸς ἔφη· Οὐχ ὑπό γε θεοῦ ποτε ἀμελεῖται· ὃς ἂν προθυμεῖται, ἐλθεῖν δίκαιος γίγνεσθαι, καὶ εἰς ὅσον δυνατὸν ἀνθρώπῳ, ὁμοιοῦσθαι Θεῷ.

Idem dixit: Nunquam a DEO negligitur, qui habet propositum juste vivendi, & qui cupit, quantum homini possibile est, Deo similis esse.

Aei-

Ἀριστείδης ὁ δίκαιος ἐρωτηθεὶς, τί ἐστι τὸ δίκαιον· τὸ μὴ ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν, ἔφη.

Aristides ille justus interrogatus, quid justum esset, Aliena non concupiscere, respondit.

Πλάτων ἔλεγε, πᾶσαν ἐπιστήμην χωριζομένην δικαιοσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, πανουργίαν, οὐ σοφίαν εἶναι.

Plato dicebat: Omnem scientiam, quæ a justitia & reliqua virtute sejuncta sit, calliditatem, & non sapientiam esse.

Locus L.

DE LEGIBUS

Πυθομένου τινὸς τί περιεποίησαν οἱ Λυκούργου νόμοι τῇ Σπάρτῃ, Καταφρονεῖν, ἔφη Ἀγησίλαος, τῶν ἡδονῶν.

Sciscitanti cuidam, quid Spartanæ civitati fructus attulissent Lycurgi leges, Agesilaus respondit, voluptatum contemptum.

Ἀλκαμένης, ἐπιζητοῦντός τινος διὰ τί παρὰ Μεσσηνίων δῶρα οὐκ ἐδέξατο, Ὅτι λαβόντος μου, ἔφη, πρὸς τοὺς νόμους εἰρήνην ἄγειν, ἀδύνατον. ὢ τοῦ νοῦ τοὺς νόμους περὶ πλείστου ποιουμένου.

Alcamenes ingentia a Messeniis munera oblata sprevit. Id factum plerisque mirantibus, respondit, Ergo si munera ista accepissem, cum legibus pacem habere non possem. O mentem legum observantissimam.

Ἀρχίδαμος ὁ Ζευξιδάμου, πυθομένου τινὸς αὐτὸν, τίνες προεστήκασι τῆς Σπάρτης; Οἱ νόμοι καὶ τὰ ἀρχεῖα, ἔφη, κατὰ τοὺς νόμους.

Archidamus Zeuxidami filius roganti, quinam essent Spartanæ civitatis præfecti? Leges, inquit, ac legitimi magistratus.

Παυσα-

Παυσανίας πρὸς τὸν ἐρωτήσαντα, διὰ τί τῶν ἀρχαίων νόμων ὐδένα κινεῖν ἔξεσι παρ' αὐτοῖς, Ὅτι τοὺς νόμους, ἔφη, τῶν ἀνδρῶν, ὐ τοὺς ἄνδρας τῶν νόμων, κυρίους εἶναι δεῖ.

Pauſanias cuidam roganti quamobrem apud Spartanos nefas eſſet ullam priſcarum legum renovare. Quoniam, inquit, legibus convenit auctoritas in homines, non hominibus in leges.

Πίτακος ὑπὸ Κροίσου ἐρωτηθεὶς, τίς ἀρχὴ μεγίση, Ἡ τοῦ ποικίλου, ἔφη, ξύλου, σημαίνων τὸν νόμον· πάλαι γὰρ οἱ νόμοι ἐν ξυλίνοις πίναξι ἐγράφοντο, ὅπου δὲ οἱ νόμοι πλείσην δυνάμιν ἔχουσιν, ἐκεῖ καὶ ἐλαχίση τυραννὶς ὑπάρχει.

Pittacus Crœſo percontanti, quod eſſet maximum imperium, inquit, varii ligni, leges innuens. Nam olim tabulis ligneis leges inſcribebantur. Ubi autem ſumma eſt legum auctoritas, ibi eſt minimum tyrannidis.

Ζάλευκος, ὁ τῶν Λοκρῶν νομοθέτης, τοὺς νόμους τοῖς ἀραχνίοις, εἶπεν, ὁμοίους εἶναι. καὶ γὰρ εἰς ἐκεῖνα ἐὰν ἐμπέσῃ μυῖα ἢ κώνωψ, κατέχεται. ἐὰν δὲ σφὴξ ἢ μέλισσα, διαρρήξασα ἀφίπταται· ὕτως ἐν τοῖς νόμοις ἐὰν ἐμπέσῃ πένης, συνέχεται· ἐὰν δὲ πλούσιος, ἢ δυνατὸς λέγειν, διαρρήξας ἀποτρέχει.

Zaleucus Locrenſium legiſlator dicebat, leges, aranearum telis eſſe ſimiles. Illis enim ſi muſca vel culex inciderit, detinetur: ſin veſpa aut apis, lacerat telam & avolat, Ita in leges ſi pauper inciderit, retinetur: ſin aliquis dives aut diſertus, perrumpens impune evadit. Hoc dictum etiam Anacharſidi Philoſopho attribuitur.

Ἡράκλειτος ἔλεγε, μάχεσθαι δεῖν τὸν δῆμον ὑπὲρ τῦ νόμου, ὅπως ὑπὲρ τείχους, ὅτι ἄνευ νόμων

οὐ δύναται πόλις διασωθῆναι, ἀλλὰ δὲ τειχῶν δύναται.

Heraclitus dicebat, Cives non minus oportere pugnare pro legibus, quam pro mœnibus, Quod absque legibus nullo pacto possit esse civitas incolumis absque mœnibus possit,

---

Σόλων ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, πῶς ἄριστα αἱ πόλεις οἰκοῦνται, ἔφη, Ἐὰν μὲν οἱ πολῖται τοῖς ἄρχουσι πείθωνται, οἱ δὲ ἄρχοντες τοῖς νόμοις.

Solon interrogatus a quodam, quomodo civitates optime habitarentur, respondit: Si cives principibus, principes legibus obediant.

Δημοσθένης ἔφη, πόλεως ψυχὴν εἶναι τοὺς νόμους. ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα στερηθὲν ψυχῆς, πίπτει. οὕτω καὶ πόλις μὴ ὄντων νόμων, οὐχ ἵσταται.

Demosthenes dixit, Leges esse animam civitatis. Ut enim corpus, cum anima orbatum est, concidit: Ita & civitas sine legibus consistere non potest.

Ἀρκεσίλαος ἔλεγεν. ὥσπερ ὅπου φάρμακα πολλὰ, καὶ ἰατροὶ πολλοὶ ἐνταῦθα νόσοι πλεῖσται· οὕτω δὲ καὶ ὅπου νόμοι πλεῖστοι ἐκεῖ, καὶ ἀδικίαν εἶναι μεγίστην.

Arcesilaus dicebat: Quemadmodũ ubi pharmaca multa multique medici sunt, ibidem & morbi abundant: Sic etiam ubi plurimæ leges fuerint, ibi & injustitia viget maxime.

Θεόφραστος ἔφησε, τοὺς ἀγαθοὺς ὀλίγων νόμων δεῖσθαι.

Theophrastus dicere solebat, Bonos paucis legibus indigere. ¶ Congruit hoc dictum cum illo Antiphanis: Ὁ μηδὲν ἀδικῶν, οὐδενὸς δεῖται νόμου. Qui nihil injuste agit, nulla opus habet lege.

Δημοσθένης ἔλεγε, τοῖς μὲν ὑπάρχουσι νόμοις χρη-

σέον, καινὰς δὲ εἰκῇ μὴ θετέον.

Demosthenes dixit, Legibus latis utendum esse, novas autem non temere ferendas.

Δημοσθένης γράφει, νόμον γενέσθαι παρὰ τοῖς Λοκροῖς, ὥστε ἄν τις ἐβούλετο νόμον καινὸν θεῖναι, ἐν βρόχῳ τὸν τράχηλον ἔχων τῷ δήμῳ νομοθετήσῃ, καὶ ἐὰν μὲν δόξῃ καλὸς καὶ χρήσιμος εἶναι ὁ νόμος, διεσώζετο καὶ ἀπῆλθεν, εἰ δὲ μή, τέθνηκεν ἐπισπασθέντος τοῦ βρόχου, καὶ διὰ τοῦτο ἐν πλείοσιν, ἢ διακοσίοις ἔτεσιν, οὐδεὶς καινὸς νόμος τέθειται πλὴν οὗτος νόμος. ὄντος γὰρ αὐτόθι νόμου, ἐάν τις ὀφθαλμὸν ἐκκόψῃ, αὐτικόψαι παρασχεῖν τὸν ἑαυτοῦ, καὶ οὐ χρημάτων τιμήσεως οὐδεμιᾶς, ἀπειλῆσαί τις λέγεται. ἐχθρὸς ἐχθρῷ ἑνὶ ἔχοντι ὀφθαλμόν, ὅτι αὐτοῦ ἐκκόψει τοῦτον τὸν ἕνα. γενομένης δὲ ταύτης τῆς ἀπειλῆς, χαλεπῶς ἐνεγκὼν ὁ ἑτερόφθαλμος, καὶ ἡγούμενος ἀβίωτον εἶναι αὐτῷ τὸν βίον τοῦτο παθόντι, λέγεται τολμῆσαι νόμον εἰσενεγκεῖν· ἐάν τις ἕνα ἔχοντος ὀφθαλμὸν ἐκκόψῃ, ἄμφω αὐτεκκόψαι παρασχεῖν· ἵνα τῇ ἴσῃ συμφορᾷ ἀμφότεροι χρῶνται. Τοῦτο διηγεῖται Δημοσθένης, διδάσκων, ἐν καλῶς καθεστηκυίᾳ πόλει φυλάττεσθαι δεῖν, ὅπως οἱ νόμοι μὴ εἰκῇ μεταλλάττωνται.

Demosthenes scribit, legem fuisse apud Locros, ut si quis suasurus esset novam legem, proponeret suam sententiam universæ multitudini, collo in laqueum inserto: & si placuisset nova lex, dimittebatur auctor incolumis, sin vero displicuisset. Statim strangulabatur: Et ideo annis amplius ducentis nulla nova lex lata est, nisi sola hæc. Cum enim ibi receptum esset, ut si quis excussisset alteri oculum, ut & ipsi vicissim oculus excuteretur, nec id supplicium ulla pecunia redimi posset: quidam comminatus fertur inimicus inimico, unum oculum habenti, se illi eum unum

unum oculum excussurum. Eas minas luscus ille ægre ferens, cum sibi in cœcitate vitam morte acerbiorem fore putaret, fertur ausus fuisse (collo in laqueum inserto) proponere hanc legem: Si quis oculum fusco excusserit, illi contra utrumque eripiendum, ut pari calamitate utrique conflictentur. Quæ lex ab omnibus tum approbata & rata facta est. Hæc recitat Demosthenes, ut doceat in bene constituta republica præcipue hoc cavendum esse, ne temere leges mutentur.

Locus LI.

DE MENDACIO.

Ἐπαινέτης πάντων, ἔφη, τοὺς ψεύστας τῶν ἁμαρτημάτων καὶ τῶν ἀδικημάτων αἰτίους εἶναι.

Epænetus dicere solitus est, Mendaces omnium scelerum & injuriarum auctores esse.

Ἀριστοτέλης ἐρωτηθεὶς τί περιγίνεται κέρδος τοῖς ψευδομένοις, Ὅταν, ἔφη, λέγωσιν ἀλήθειαν, μὴ πιστεύεσθαι.

Aristoteles rogatus, quid lucrarentur mendaces, ut, inquit, etiam cum vera dicunt, ipsis tamen non habeatur fides. ¶ Congruit cum apophthegmate dictum Plutarchi: Ἀπιστοῦνται οἱ λάλοι, κἂν ἀληθεύωσι. Loquacibus nemo credit, etiamsi verum dicant.

Δημοσθένης ἔφησεν, Οὐδὲν εἶναι, ὅτι μεῖζον ἂν ἀδικήσειε τις, ἢ ψευδῆ λέγων.

Demosthenes dixit, Nullam esse rem, qua gravius quis lædere possit, quam dicendis mendaciis.

Καρκλείας ἔλεγε, καλὸν ποτε εἶναι τὸ ψεῦδος. ὅπου ὠφελοῦν τοὺς λέγοντας μηδὲ

μηδὲν καταβλάπτῃ τοὺς ἀκούοντας.

Charicles dicere solitus est, bonum esse aliquando mendacium, cum videlicet ita juvat mentientes, ut interim audientes non lædat.

Locus LII.

DE MAGITRATU, PRINCIPE bono.

Κῦρος ἔλεγε, Ἀρχὴν μηδενὶ προσήκειν, ὃς οὐ κρείττων ἐστὶ τῶν ἀρχομένων.

Cyrus dicere solitus est, Imperium nemini convenire, qui non melior suis subditis sit.

Ὁ αὐτὸς εἶπε, παραπλήσια ἔργα εἶναι νομέως ἀγαθοῦ, καὶ βασιλέως ἀγαθοῦ.

Idem dicebat, Similia opera esse pastoris boni, & regis boni.

Ἀγησίλαος ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς διετέλει λέγων, Τὸν ἄρχοντα προσήκειν οὐ μαλακίᾳ καὶ τρυφῇ, φρονήσει δὲ καὶ καρτερίᾳ καὶ ἀνδρείᾳ τῶν ἰδιωτῶν περιεῖναι.

Agesilaus Lacedæmoniorum rex dictitabat, Principis esse, non mollitie delitiisve, sed prudentia, temperantia ac fortitudine privatis hominibus antecellere.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγε, τὸν ἀγαθὸν ἄρχοντα δεῖν ὑπὸ τῶν νόμων ἄρχεσθαι.

Idem dicere solitus est, Bonum principem oportere legibus parere.

Εἰθισμένων δὲ τὴν Ἀσίαν κατῳκηκότων τῶν Περσῶν βασιλέα μέγαν προσαγορεύειν, Τί δὲ ἐκεῖνος, ἔφη, Ἀγησίλαος, ἐμοῦ μείζων, εἰ μὴ δικαιότερος καὶ σωφρονέστερος.

Cum Græci Persarum regem ex more Magnum appellarent, Quare, in-

quit, Agesilaus, major me est, nisi sit & justior & temperantior?

Χρύσιππος ἐρωτηθεὶς, διὰ τί οὐ πολιτεύεται, εἶπε· διότι εἰ μὲν πονηρά τις πολιτεύεται, τοῖς θεοῖς ἀπαρέσει, εἰ δὲ χρηστὰ, τοῖς πολίταις.

Chrysippus interrogatus, cur non administraret rempublicam, dixit: Quia si quis male rexerit, diis displicebit: sive bene, civibus.

Περίανδρος εἶπε, τοὺς μέλλοντας ἀσφαλῶς τυραννήσειν, τῇ εὐνοίᾳ δορυφορεῖσθαι, καὶ μὴ τοῖς ὅπλοις.

Periander dicebat, his, qui tuto regnare vellent, summa ope nitēdum esse, ut benevolentia, non armis stiparentur.

Ἀρταξέρξης ὁ Ξέρξου ἔλεγεν, ὅτι τὸ προσθεῖναι τοῦ ἀφελεῖν βασιλικώτερόν ἐστι.

Artaxerxes filius Xerxis dicere solebat, Multo regalius esse, addere aliquid, quam adimere. ¶ Idem dixit aliis verbis rex Ptolomæus: τοῦ πλουτεῖν τὸ πλουτίζειν ἐστὶ βασιλικώτερον. Magis regium est ditare, quam ditescere.

Ἀγασικλῆς πρὸς τὸν εἰπόντα, πῶς ἄν τις ἀδορυφόρητος ὢν ἄρχειν ἀσφαλῶς δύναιτο, Ἐὰν οὕτως, ἔφη, αὐτῶν ἄρχῃ, ὥσπερ οἱ πατέρες τῶν υἱῶν.

Agasicles ad eum, qui interrogabat, quomodo posset aliquis tuto imperare, nullo stipatus satellitio, Si suis, inquit, sic imperet, ut parentes liberis imperant.

Θεόπομπος πρὸς τὸν ἐρωτήσαντα, πῶς ἄν τις ἀσφαλῶς τηροίη τὴν βασιλείαν, Εἰ τοῖς μὲν φίλοις, ἔφη, μεταδιδοίη παρρησίας δικαίας, τοῖς δὲ ἀρχομένοις κατὰ δύναμιν μὴ περιορῴη ἀδικουμένους.

 Theo-

Theopompus interroganti quo pacto quis regnum tuto possit tueri, Si inquit, amicis justam libertatem concedat, & pro viribus, ne subditi injuria afficiantur, advigilet.

Ἐπεὶ Φιλίππῳ νικήσαντι τοὺς Ἕλληνας συνεβούλευον ἔνιοι φρουραῖς τὰς πόλεις κατέχειν, ἔφη, μᾶλλον πολὺν χρόνον ἐθέλειν χρηστὸς, ἢ δεσπότης ὀλίγον καλεῖσθαι.

Cum subactis Græcis, quidam regi Philippo auctores essent, ut civitates præsidiis contineret, Malo, inquit, diu bonus & commodus, quam brevi tempore dominus appellari. Sentiens regnum, quod vi metuque teneretur, non esse diuturnum.

Πρεσβύτιδος πενιχρᾶς ἀξιούσης ἐπὶ Φιλίππου τοῦ Ἀλεξάνδρου πατρὸς καὶ πολλάκις ἐνοχλούσης, ἔφη, μὴ σχολάζειν. ἡ δὲ πρεσβύτις ἐγκραγοῦσα. Καὶ μὴ βασίλευε εἶπεν· ὁ δὲ θαυμάσας τὸ ῥηθὲν, οὐ μόνον ἐκείνης, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων εὐθὺς διήκουσεν.

Philippi Alexandri pater anui cuidam paupercula ipsum appellanti, ut causam suam cognosceret. respondit, sibi non esse otium. Cumque clamasset anus, Proinde nec rex esse velis: Philippus aniculæ libertatem admiratus, non solum illi; sed omnibus deinceps præbuit aures.

Ἀντίγονος, εἰπόντος τινὸς ὅτι πάντα καλὰ καὶ δίκαια τοῖς βασιλεῦσι, Ναὶ μὰ Δία, εἶπε, τοῖς τῶν βαρβάρων. ἡμῖν δὲ μόνα καλὰ, τὰ καλὰ, μόνα δίκαια, τὰ δίκαια.

Antigonus quodam dicente, Omnia regibus honesta & justa esse: Sunt, inquit, per Jovem barbarorum duntaxat regibus. At nobis ea tantum honesta sunt, quæ honesta sunt, & ea tantum justa, quæ justa sunt.

Κάτων ὁ πρεσβύτερος

κάκιστον

κάκιστον εἶναι λέγων ἄρχοντα εἶναι, τὸν ἄρχειν ἑαυτοῦ μὴ δυνάμενον.

Cato ſenior aiebat, Peſſimum Imperatorem eſſe, qui ſibi ipſi non poſſet imperare.

Ἐπαμινώνδας εἰς ἑορτήν τινα καὶ πότον ἀνειμένως τῶν Θηβαίων ῥυέντων, μόνος ἐφώδευε τὰ ὅπλα καὶ τὰ τείχη, νήφειν λέγων καὶ ἀγρυπνεῖν, ὅπως ἐξῇ τοῖς ἄλλοις μεθύειν καὶ καθεύδειν. ὦ τῆς φωνῆς τοῦ ἄρχοντος ἀξίας. τότε γὰρ μάλιστα ἄρχοντα ἀγρυπνεῖν δεῖ, ὅτι οἱ πολλοὶ ταῖς ἐπιθυμίαις μάλιστα χαρίζονται.

Cum feſtum diem Thebani celebrarent, omneſque compotationibus & libidini indulgerent; ſolus Epaminondas circumibat, & arma ac muros luſtrabat, ſobrium ſe eſſe & vigilare dicens, ut aliis ebriis eſſe ac dormire liceret. O vocem principe dignam. Tum enim maxime vigilandum eſt & principi, cum populus maxime cupiditatibus ac genio indulget.

Καῖσαρ ὁ σεβαστὸς γράψας νόμον περὶ τῶν μοιχῶν, ἐν ᾧ διώρισαι, πῶς δεῖ κρίνεσθαι τοὺς ἐν αἰτίαις γινομένους, πῶς δεῖ κολάζεσθαι τοὺς ἁλόντας· εἶτα προπετῶς ὑπ' ὀργῆς τὸν ἐπὶ Ἰουλίᾳ τῇ θυγατρὶ διαβεβλημένον νεανίσκον, ἔτυπτε ταῖς χερσίν. ἐκείνου δὲ ἀναβοῶντος, Νόμον, ἔθηκας, ὦ Καῖσαρ, οὕτω μετενόησεν, ὥστε τὴν ἡμέραν ἐκείνην παραιτήσασθαι τὸ δεῖπνον. ὢ τοῦ ἄρχοντος ἀγαθοῦ, καὶ περὶ τοὺς νόμους σπουδάζοντος.

Cæſar Auguſtus legem tulerat de adulteris, quomodo judicandi eſſent de hoc crimine delati, & quomodo puniendi convicti: poſt iræ impotentia in adoleſcentem delatum, quod cum Julia, Auguſti filia, commercium habuiſſet, irruit, eumque manibus verberavit. At cum adoleſcens exclamaſſet, Legem tuliſti ô Cæſar: adeo facti pœnituit Cæ-

 ſarem,

ſarem, ut eo die recuſaret cœnare. O principem bonum & legum cultorem.

Εἰπόντος Ἀλεξάνδρῳ τινὸς τῶν δοκούντων εὐνοεῖν, ὅτι δύνανται αἱ πόλεις σου πλεῖον παρέχειν εἰς φόρους, ἔφη, Κηπουρὸν μισῶ τὸν ἐκ ῥιζῶν ἐκτέμνοντα τὰ λάχανα.

Alexander magnus, cum quidam ex numero amicorum, qui ſumme benevoli videbantur, ei dicerent: civitates ſubjectas majora tributa pendere poſſe, reſpondit, Olitorem odi, qui radicitus evellit olera. ¶ Congruit hoc apophthegma cum dicto Tiberii Cæſaris. Is enim admonitus ab amicis, ut provincialibus augeret veſtigalia, reſcripſit: Boni paſtoris eſt, tondere pecus, non deglubere. Eſt autem deglubere, detrahere pellem. Tondent igitur, qui ita ſpoliant, ut ſortem relinquant, unde res poſſit creſcere. Deglubunt autem qui nihil reliqui faciunt. Nam lana detonſa renaſcitur, detracta nihil eſt, quod deinde poſſis auferre.

Ἀλέξανδρος ἐρωτηθεὶς, ποῖος ἄρχων ἄριστος; ἔφη, ὁ τοὺς φίλους δωρεαῖς συνέχων, τοὺς δὲ ἐχθροὺς δι' εὐεργεσιῶν φιλοποιούμενος.

Alexander interrogatus, quis optimus princeps eſſet? Qui, inquit, amicos donis retinet, & inimicos beneficiis amicos facit.

Ἐπεὶ Σκιπίων ὁ πρεσβύτερος Καρχηδόνα κατακράτος εἷλε, καὶ τῶν στρατιωτῶν τινὲς αἰχμάλωτον λαβόντες εὐπρεπῆ παρθένον ἧκον νομίζοντες αὐτῷ τε ἐδίδουσαν. Ἡδέως, ἂν [ἔφη] ἔλαβον εἰ ὑπῆρχον ἰδιώτης, καὶ μὴ ἄρχων. Οὗτος ὁ νέος διὰ τὸ τῆς κόρης κάλλος διαφθαρῆναι οὐκ ἐδύνατο, ἵνα τοῦ ἀρχικοῦ καθήκοντος ἀμνημονήσῃ. πολλοὶ δ' εἰσὶν, οἱ διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς ἄρχοντας, νομίζουσιν αὐτοῖς ἅπαντα ἐξεῖναι ἅμα καὶ πρέπειν.

Poſtea

Posteaquam Scipio major Carthaginem armis ceperat, milites quidam virginem eleganti forma captam adduxerunt, eique tradiderunt. Hic ille, libenter acciperem, inquit, si privatus essem, & non imperator. Hic juvenis insigni puellæ forma corrumpi non potuit, quo minus meminisset, quid deceret imperatorem. At multi sunt hodie, qui ob hoc ipsum sibi existimant tum licere, tum decora esse omnia, quod sint imperatores, & magistratus.

Χίλων πρὸς τὸν ἀδελφὸν δυσφοροῦντα ὅτι μὴ ἔφορος ἐγένετο, αὐτοῦ ὄντος, Ἐγὼ μὲν γὰρ εἶπεν, ἐπίσταμαι ἀδικεῖσθαι, σὺ δὲ οὔ. παρεμφαίνων, οὐδένα πρὸς τὸ ἀρχὴν εἶναι ἐπιτήδειον, τὸν μὴ πολλὰ παθεῖν καὶ παρενεγκεῖν δυνάμενον.

Chilo (unus de numero septem sapientum Græciæ) fratre moleste ferenti, quod Ephorus (magistratus plebeius) non crearetur, cum ille esset: Ego, inquit, injuriam ferre novi, tu autem non. Significans neminem esse idoneum ad magistratum gerendum, qui non possit multa tolerare, & dissimulare.

Ὅμοιον ἐστὶ τὸ τοῦ Τηλέκρου, ὃς εἰπόντος τοῦ ἀδελφοῦ, ὅτι οὐχ ὁμοίως αὐτῷ προσφέρονται οἱ πολῖται ὡς ἐκείνῳ, εἶπεν. Σὺ γὰρ οὐκ οἶδας ἀδικεῖσθαι, ἐγὼ δέ.

Simile est illud Telecri, qui fratri suo querenti, quod cives erga se non perinde affecti essent, atque erga illum, Tu, inquit, injuriam ferre nescis, ego autem scio.

Ἀντίγονος ὁ βασιλεὺς πρός τινα μακαρίζουσαν αὐτὸν γραῦν, εἰ ᾔδεις, ἔφη, ὦ μῆτερ, ὅσων κακῶν ἐστὶ τουτὶ τὸ ῥάκος, δείξας τὸ διάδημα, οὐκ ἂν ἐπὶ κοπρίας αὐτὸ κείμενον ἐβάστασας.

Antigonus rex cuidam anui, quæ ipsum beatum prædicat, Si scires, inquit,

o mater; quam multorum malorum sit hic pannus (diadema autem ostendebat) eum in stercore jacentem non tolleres.

Λουκᾶς ὁ ἰατρὸς, δεινότατος λέγειν ὤν, πρὸς Ἀλφονσον τὸν τῶν Ἀραγόνων βασιλέα διαπεπονημένως λέξας, καὶ καλῶς αὐτὸν ἐγκωμιάσας, ὁ βασιλεὺς τούτων ἀκούων εἰρηκέναι λέγεται· εἰ μὲν ἀληθῆ ἐστιν, ὅσα περὶ μου ἔλεξας, ὦ Λουκᾶ, θεῷ πολλὴν χάριν ἔχω. εἰ δ' ἄλλως, εὔχομαι αὐτῷ ταῦτα ἀληθῆ ποιῆσαι. σημαίνων μάλιστα τοὺς βασιλέας πρέπειν, πανταχοῦ ἄξια τῶν ἐγκωμίων πράττειν.

Lucas medicus vir disertissimus, cum orationem apud Alphonsum, Aragonum regem, eloquentissimam habuisset, eumque exquisitis laudibus extulisset: rex hæc audiens, dixisse fertur; Si vera sunt Luca, quæ de me prædicas, Deo gratias ago: sin aliter, vera ut ista faciat, oro atque obsecro. Innuens decere reges, ut laudibus dignos ubique se præbeant.

Ἀντίοχος ἐν τινὶ κυνηγεσίῳ καὶ διωγμῷ τῶν φίλων καὶ θεραπόντων ἀνθρώπων ἀποπλανηθεὶς, εἰς ἔπαυλιν πενήτων ἀγνοούμενος εἰσῆλθε· καὶ παρὰ τὸ δεῖπνον ἐμβαλὼν λόγον περὶ τοῦ βασιλέως, ἤκουσεν ὅτι τἄλλα χρηστός ἐστιν, φίλοις δὲ μοχθηροῖς ἐπιτρέπων τὰ πλεῖστα παρορᾷ, καὶ πολλάκις ἀμελεῖ τῶν ἀναγκαίων διὰ τὸ λίαν φιλόθηρος εἶναι. τότε μὲν οὖν ἐσιώπησεν· ἅμα δὲ ἡμέρᾳ τῶν δορυφόρων παραγινομένων ἐπὶ τὴν ἔπαυλιν, φανερὸς γινόμενος, προσφερομένης τῆς πορφύρας αὐτῷ καὶ τοῦ διαδήματος, Ἀλλ' ἀφ' ἧς, εἶπεν, ἡμέρας ὑμᾶς ἀνείληφα, πρῶτον ἐχθὲς ἀληθινῶν λόγων ἤκουσα περὶ ἐμαυτοῦ, εἴθε τὸν αὐτὸν τρόπον οἱ ἄρχοντες περὶ τούτων, τῶν ἐν πλείσταις αὐλαῖς λίαν συνηθῶν ὄντων, πολλάκις παραινέσεις ἀκούσειαν, καὶ τὸ τοῦ εὐλογουμένου βασιλέως Ἀντιόχου παρα-

παράδειγμα μιμούμενοι, αὐταῖς ἐπιεικῶς χρήσαιντο ἅμα καὶ ἐπανορθοῖεν.

Antiochus in venatione quadam, dum feras insectatur, ab amicis & famulis aberrat; casamque hominum egenorum iis ignotus intravit. Cum autem inter cœnandum regis mentionem fecisset, responsum est illi, Regem alioquin bonnm esse, sed eum pleraque negotia amicis improbis committere; plurima neglegere, sæpeque res necessarias omittere, quod venationis nimium studiosus esset. Ac tunc quidem tacuit, sed postero die; cum prima luce satellites ad casam venirent & allata purpura ac diademata cognosceretur. Ab eo, inquit, die, quo vos mihi adjunxi, heri primum veros de me sermones audivi. Utinam eodem modo & alii Principes de his vitiis, quæ in plerisque aulis nimis usitata sunt, sæpe admonitiones audirent & laudatissimi regis Antiochi exemplum imitantes, ea clementer agnoscerent, & emendarent.

Βίων, ἔφη, δεῖν τὸν ἀγαθὸν ἄρχοντα παυόμενον τῆς ἀρχῆς, μὴ πλουσιώτερον, ἀλλ' ἐνδοξότερον γεγονέναι.

Bion dixit, Oportere bonum principem a magistratu discedentem, non ditiorem, sed clariorem evasisse.

Ἀγαθών, ἔφη, τὸν ἄρχοντα τριῶν δεῖ μεμνῆσθαι· πρῶτον μὲν, ὅτι ἀνθρώπων ἄρχει· δεύτερον, ὅτι κατὰ νόμους ἄρχει· τρίτον, ὅτι οὐκ ἀεὶ ἄρχει.

Agathon dixit, Principem oportere trium meminisse: Primum, quod imperet hominibus: Deinde quod secundum leges: Tertio, non semper imperet.

Consule titulum, Regnandi ratio optima.

Locus

Locus LIII.

DE MATRIMONIO, CONIUGIO.

Θεμιστοκλῆς τῶν τὴν θυγατέρα μνωμένων αὐτοῦ τὸν ἐπιεικῆ τοῦ πλουσίου προτιμήσας ἄνδρα, ἔφη, ζητεῖν χρημάτων δεόμενον μᾶλλον, ἢ χρήματα ἀνδρός.

Cum Themistocles duobus filiam suam ambientibus virum probum diviti prætulisset, quibusdam hoc admirantibus, malo, inquit, virum absque pecunia, quam pecuniam absque viro.

Λυκοῦργος πυνθανομένου τινὸς διὰ τί τὰς κόρας ἐνομοθέτησεν ἀπροίκους ἐκδίδοσθαι, Ὅπως, ἔφη, μήτε δι᾽ ἔνδειαν ἄγαμοι τινες ἐαθῶσι, μήτε διὰ πλουσίαν σπουδάζωνται, ἕκαστος δὲ εἰς τὸν τρόπον τῆς παιδὸς ἀφορῶν, ἀρετῇ τὴν ἅρεσιν ποιῶνται διὰ τοῦτο δὲ καὶ τὸν καλλωπισμὸν τῆς πόλεως ἀπήλασεν.

Lycurgus, cuidam percontanti quam ob caussam lege cavisset, ut sine dote virgines elocarentur, Ut, inquit, neque propter inopiam ullæ relinquerentur innuptæ, neque ob divitias expeterentur, sed ut juvenum quisque ad ad puellæ mores respiciens, ex virtute faceret electionem. Eadem de caussa fucos & ornamenta, quibus aliæ formam vel tingere vel formare solent, ex urbe ejecit.

Ὁ αὐτὸς ὁρίσας τὸν χρόνον τῶν τε γαμουμένων καὶ τῶν γαμούντων, πρὸς τὸν ζητοῦντα, Ἵν᾽ ἔφη, τὰ γεννώμενα ἰσχυρὰ ᾖ ἐκ τελείων γεννώμενα.

Idem cum certum tempus præscripsisset, quod puellæ nubere, & juvenes uxores ducere deberent, interrogatus, cur id statuendum putasset, Ut, inquit, soboles, ex adultis perfectæque ætatis parentibus nata, valida sit & vegeta.

Περὶ

Πρὸς δὲ τὸν θαυμάζοντα, διότι τὸν γεγαμηκότα ἀπεῖρξε μὴ συγκοιμᾶσθαι τῇ γεγαμημένῃ, προςτέταξε δὲ τὸ πλεῖστον τῆς ἡμέρας τοῖς ἡλικιώταις, καὶ τὰς νύκτας ὅλας συναναπαύεσθαι, τῇ δὲ νύμφῃ κρύφα καὶ μετ᾽ εὐλαβείας συνεῖναι, Ὅπως, ἔφη, καὶ τοῖς σώμασιν ἰσχυροὶ ὦσι, διακορεῖς μὴ γινόμενοι, καὶ τῷ φιλεῖν ἀεὶ καινοὶ ὑπάρχωσι, καὶ τὰ ἔγγονα ἐρρωμενέστερα παρέχωσι.

Altero quodam admirante, quare vetuiſſet ſponſum cum ſponſa ſimul dormire, ſed ſtatuiſſet, ut uterque cum ſuis æqualibus maximam diei partem verſaretur, cumque his ſæpe totas noctes quieſceret, cum ſponſa vero furtim ac verecunde congrederetur: Primum, inquit, ut corporibus eſſent validi, ſi non uterentur congreſſu ad ſatietatem: Deinde ut amor mutuus ſemper maneret recens ac vigens: Denique ut fœtus gignerent robuſtiores.

Τοσαύτη δ᾽ ἦν κατ᾽ ἐκείνους τοὺς χρόνους σωφροσύνη τῶν γυναικῶν, καὶ τοσοῦτον ἀπεῖχε τῆς ὕστερον περὶ αὐτὰς εὐχερείας, ὥς πρότερον ἄπιστον εἶναι τὸ τῆς μοιχείας παρ᾽ αὐταῖς. διόπερ Γεραδάτης τὶς Σπαρτιάτης ἐρωτηθεὶς ὑπὸ ξένου, τί πάσχουσιν οἱ μοιχοὶ παρ᾽ αὐτοῖς (οὐδὲν γὰρ ὁρᾷν περὶ τούτου νενομοθετημένον ὑπὸ Λυκούργου) εἶπεν, Οὐδεὶς ὦ ξένου γίνεται μοιχὸς παρ᾽ ἡμῖν. πῶς γὰρ ἂν (ἔφη) μοιχὸς ἐν Σπάρτῃ γένοιτο, ἐν ᾗ πλοῦτος μὲν, καὶ τρυφὴ, καὶ καλλωπισμὸς ἀτιμάζονται, αἰδὼς δὲ καὶ εὐκοσμία, καὶ τῶν ἡγουμένων πειθὼ πρεσβεύονται.

Tanta vero erat illis temporibus uxorum pudicitia, tantumque aberant ab ea levitate, quæ poſtea invaſit, ut prius eſſet incredibile adulterii crimen apud Spartanos invenire: quare Geradates Spartanus ab hoſpite quodam interrogatus, quid pœnarum darent apud Spartanos adulteri, Neque enim ſe videre quicquam ſuper hac re ſancitum a Lycurgo; Nullus, inquit, o amice, apud nos adulter eſt: Quo-

Quomodo enim Spartæ exsistere potest adulter, in qua divitiæ, delitiæ, & corporis ascititius cultus probro habentur: contra autem verecundia, modestia, ac obedientiæ magistratibus debitæ observatio, decori laudique dantur? Prudenter intellexit Gerades, ibi non posse nasci vitia, ubi non admittuntur vitiorum semina.

Πλάτων ἔφη, χρῆναι γονεῖς γεννῶντας καὶ ἐκτρέφοντας παῖδας, καθάπερ λαμπάδα τὸν βίον παραδιδόντας ἄλλοις ἐξ ἄλλων, θεραπεύοντας ἀεὶ θεὸν κατὰ νόμον· τί εὐσεβέστερόν τε καὶ ὁσιώτερον περὶ τῆς συζυγίας ὑπὸ ἀνθρώπου ἐθνικοῦ ῥηθῆναι, ἐδύνατο.

Plato dicebat Oportere homines gignere & educare liberos, qui vitam, tanquam lampadem posteris tradant, ut semper sint aliqui colentes Deum, juxta ipsius legem. Quid quæso religiosius & sanctius dici de conjugio ab homine Ethnico potuit?

Ἡ Φίλωνος γυνὴ ἐρωτηθεῖσα ἐν συνόδῳ πλειόνων γυναικῶν, διά τι μόνη τῶν ἄλλων οὐ φορεῖ χρυσοῦν κόσμον, ἔφη, Αὐτάρκης κόσμος ἐστὶ γυναικὶ ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀρετή.

Philonis uxor in complurimum fœminarũ cœtu interrogata, cur sola ex omnibus non uteretur aureo ornatu: Satis, inquit, uxori magnus ornatus est mariti sui virtus.

Κράτης ἔλεγε, κόσμον εἶναι τὸ κοσμοῦν· κοσμεῖ δὲ τὸ κοσμιωτέραν γυναῖκα ποιοῦν· ποιεῖ δὲ ταύτην οὐ χρυσὸς, οὔτε σμάραγδος, οὔτε κόκκος, ἀλλ᾽ ὅσα σεμνότητος, εὐταξίας, αἰδοῦς, ἔμφασιν περιτίθησιν.

Crates mundum muliebrem dicebat esse, quod ornat fœminam. Ornat autem id quod eam reddit compositiorem ac modestiorem: verum id non præstat, inquit, neque smaragdus, neque purpura,

ra, sed quæcunque adderent vim ac speciem honestatis & verecundiæ.

Θεανὼ ἡ γυνὴ πεπαιδευμένη ἐρωτηθεῖσα, τί πρέπον εἴη γυναικὶ, τὸ τῷ ἰδίῳ, ἔφη, ἀνδρὶ ἀρέσκειν.

Theano mulier erudita quærenti, quod officium esset matronæ, respondit: Marito suo placere.

Ἀργεῖος, ἐπαινούντων τινῶν οὐκ ἰδίας, ἀλλά τινας τῶν ἀλλοτρίων γυναικῶν, Μὰ τοὺς θεοὺς, εἶπε, περὶ τῶν καλῶν κἀγαθῶν γυναικῶν οὐδένα δεῖ λόγον εἰκῇ λέγεσθαι, ἀγνοεῖσθαι δ' αὐτὰς τὸ παράπαν ὁποῖαι τυγχάνουσι, πλὴν τοῖς συμβιοῦσι.

Argeus, quibusdam non suas, sed aliorum quorundam uxores prædicantibus, Per deos, inquit, de bonis & honestis mulieribus nihil temere loquendum est, sed in totum quales sint, oportet ignorari, præterquam solis maritis, quibuscum vivunt.

Χάριλλος πυνθανομένου τινὸς διὰ τί τὰς μὲν κόρας ἀκαλύπτους, τὰς δὲ γυναῖκας ἐγκεκαλυμμένας εἰς τοὐμφανὲς ἄγουσιν. Ὅτι, ἔφη, τὰς μὲν κόρας ἄνδρας εὑρεῖν δεῖ· τὰς δὲ γυναῖκας σώζειν τοὺς ἔχοντας.

Charillus quodam interrogante cur virgines aperta facie, uxores vero velata in publicum prodirent, Quia, inquit, virginibus mariti inveniendi sunt, uxores vero servandæ iis, qui ea nacti sunt.

Κλεόβουλος εἶπε· Γάμει ἐκ τῶν ὁμοίων. ἂν γὰρ ἐκ τῶν κρειττόνων λάβῃς, δεσπότας κτήσῃ τοὺς συγγενέας.

Cleobolus dicere solebat: Ducito uxorem æqualem Si enim ex superiori familia duxeris, non affines tibi, sed dominos comparabis.

Κυάνιππος τῷ γένει Θεσσα-

Θεσσαλὸς, γήμας Λευκώνην, τὰ πολλὰ διὰ φιλοκυνήγιον ἐνέργειαν ἐν ὕλαις διέτριβεν· ἡ δὲ νεόνυμφος ὑπολαμβάνουσα συνήθειαν αὐτὸν ἔχειν μεθ' ἑτέρας γυναικὸς, καθ' ἴχνος ἠκολούθησε τούτῳ, καὶ ἔν τινι καταπρυβεῖσα συνδένδρῳ. τὸ μέλλον ἀπεκαραδόκει. τῶν δὲ περὶ κλάδων αἰφνιδίως σεισθέντων, οἱ σιβδαταὶ κύνες δηξάντες αὐτὴν ἀλόγου ζώου δίκην διεσπάραξαν· τῆς δὲ πράξεως αὐτόπτης γενόμενος Κυάνιππος, ἑαυτὸν συγκατέσφαξεν.

Cyanippus natione Thessalus, cum uxorem duxisset Leuconam propter venandi studium, in sylvis plerumque degebat. Nova autem nupta suspicans ipsum cum alia conversari, secuta est ipsius vestigia, & occultata sub quodam fruticeto, eventum expectabat. Ramis vero motis repente canes indagatores accurrerunt, ipsamque morsibus, instar bestiæ, dilaniarunt. Cyanippus autem oculis quod factum erat intuitus, seipsum quoque trucidavit.

Κλεόβουλος ἔφη, δεῖν συνοικίζειν ἀνδράσι τὰς ἑαυτῶν θυγατέρας, τὴν μὲν ἡλικίαν, παρθένους· τὸ δὲ φρονεῖν, γυναῖκας.

Cleobolus dixit, Filias viris elocandas esse, ætate virgines, sed prudentia matronas.

Σωκράτης πυνθανομένου τινὸς περὶ τοῦ γαμεῖν, Οἱ ἰχθύες, ἔφη, οἱ περὶ τοὺς κύρτους, οἱ μὲν ἔξωθεν ὄντες βούλονται εἰσελθεῖν, οἱ δ' ἔνδον ὄντες βούλονται ἐξελθεῖν.

Socrates interrogante quodam, de ratione contrahendi matrimonii, Pisces, inquit, qui extra nassas sunt volunt intrare, qui jam autem intus sunt, volunt exire.

Θεοδέκτης εἶπε παραπλήσιον πρᾶγμ' εἶναι γήρας καὶ γάμους· τυχεῖν γὰρ αὐτῶν

αὐτῶν ἀμφοτέρων σπουδάζομεν. ὅταν δὲ τύχωμεν, ὕστερον λυπούμεθα.

Theodectes dixit, Similes res esse, senectutem & nuptias. Utramque enim consequi desideramus: Postquam vero nacti fuerimus, tristamur.

Κλεόβουλος ἔλεγε. Γυναικὶ μὴ φιλοφρονεῖν, μηδὲ μάχου, ἀλλοτρίων παρόντων, τὸ μὲν γὰρ ἄνοιαν σημαίνει.

Cleobolus dicebat: Uxorem tuam non amplectare, neque cum ea contende præsentibus aliis. Illud enim stultitiam, hoc autem furorem significat.

Ὁ αὐτὸς εἶπε. Πολλάκις γυνὴ παῖδας ὑπερβάλλεται εὐνοίᾳ τῷ πρὸς τὸν ἄνδρα. ἡ γὰρ τοῦ βίου κοινωνία μακροτέραν τὴν φιλίαν ποιεῖ τῶν τεχθέντων ἅπαξ.

Idem dixit: Sæpius major uxoris in maritũ quam liberos benevolentia est. Nam diuturna vitæ communio stabiliorem amicitiam efficit, quam liberi semel nati.

Καμίμης τῆς Γαλατικῆς ἐκπρεπεστάτης τὴν ὄψιν γενομένης, Σινάτῳ δὲ τετράρχῳ γαμηθείσης, Συνόριξ ἐρασθεὶς, δυνατώτατος τῶν Γαλατῶν, ἀπέκτεινε τὸν Σινάτον ὡς οὔτε βιάσασθαι δυνάμενος, οὔτε πεῖσαι τὴν ἄνθρωπον ἐκείνου ζῶντος. ἦν δὲ τῇ Καμίμῃ καταφυγὴ καὶ παραμυθία τοῦ πάθους, ἱερωσύνη πατρῴας Ἀρτέμιδος, καὶ τὰ πολλὰ παρὰ τῷ θεῷ διέτριβεν, οὐδένα προσιεμένη μνωμένων πολλῶν καὶ δυναστῶν αὐτήν· τοῦ μέν τοι Συνόριγος τολμήσαντος ἐντυχεῖν περὶ γάμου, τὴν πεῖραν οὐκ ἔφυγεν, οὐδὲ ἐμέμψατο περὶ τῶν γεγονότων, ὡς δι' εὔνοιαν αὐτῆς καὶ πόθον, οὐκ ἄλλῃ τινὶ μοχθηρίᾳ, προαχθέντος τοῦ Συνόριγος. ἧκεν οὖν πιστεύσας ἐκεῖνος καὶ ᾔτει τὸν γάμον. ἡ δὲ ἀπήντησε καὶ δεξιωσαμένη καὶ προσαγαγοῦσα τῷ βωμῷ τῆς θεᾶς, ἔσπεισεν ἐκ φιάλης μελίκρατον

κρεῖττον ὡς ἔοικε πεφαρμαγμένον. εἶτα ὅσον ἥμισυ μέρος αὐτὴ προεκπιοῦσα, παρέδωκε τῷ Γαλάτῃ τὸ λοιπόν. ὡς δ' εἶδεν ἐκπεπωκότα, λαμπρὸν ἀνωλόλυξε, καὶ φθεγξαμένη τοὔνομα τοῦ τεθνεῶτος, ταύτην, εἶπεν, ἐγὼ τὴν ἡμέραν, ὦ φίλτατε ἄνερ, περιμένουσα σοῦ χωρὶς ἔζων ἀνιαρῶς. νῦν δὲ κόμισαι με χαίρων· ἠμυνάμην γὰρ ὑπὲρ σοῦ τὸν κάκιστον ἀνθρώπον σοὶ μὲν βίου, τούτῳ δὲ θανάτου κοινωνὸς ἡδέως γενομένη. ὁ μὲν οὖν Σινόριξ ἐν φορείῳ κομιζόμενος μετ' μικρὸν ἐτελεύτησεν. ἡ δὲ Καμμα τὴν ἡμέραν ἐπιβιώσασα, καὶ τὴν νύκτα λέγεται μάλα εὐθαρσῶς καὶ ἱλαρῶς ἀποθανεῖν.

Cum Camima Galatica, uxor Sinati Galatiæ reguli venustissima forma esset, adamata fuit a quodam Synorige Galatarum potentissimo, qui cum marito vivente neque persuasurum se mulieri adulterium, neque vim inferre posse videret, Sinatum maritum ejus interfecit. Erat autem fœminæ Camimæ refugium & solamen calamitatis, sacerdotium Dianæ avitum, in cujus æde plerumque commorabatur, neminem admittens, quanquam multi ipsam & potentes ambirent. Cum autem Synorix ausus esset eam de nuptiis compellare, non recusavit, neque facinus ejus culpavit, ad quod videlicet eum non alia pravitas, sed amor ipsius & desiderinm impulisset. Ergo Sinorix fidens Camimæ, venit eam in matrimonium petiturus. Occurrit itaque mulier, dataque dextra ad aram Dianæ hominem adduxit. Ibi cum de mulso, quod veneno infecerat, e patera libavisset, dimidium ipsa ebibit, reliquumque Synorigi tradidit. Quem cum id ebibisse vidit, alte sublato ejulatu, maritum nomine invocans, Hanc ego, inquit, diem avide expectans, adhuc sine te, charissima Sinate, vitam acerbam toleravi, nunc vero lætus me accipe, quæ pro te hominem pessimum vindi-

vindicavi, ac ut tibi vitæ, ita huic perlibenter mortis socia facta sum. Synorix autem lectica vectus, paulo post animam efflavit: Camimam vero ferunt diem illam noctemque supervixisse, valdeque alacrem & hilarem vita excessisse.

Πλούταρχος εἶπε. Τὸ τὴν κατὰ σαυτὸν ἐλᾶν σοφὸν εἶναι· ὡς οἵγε μακρῷ κρείττους ἑαυτῶν λαμβάνοντες, οὐ τῶν γυναικῶν ἄνδρες, τῶν δὲ προικῶν δοῦλοι λανθάνουσι γινόμενοι.

Plutarchus dixit: Sapienter dictum esse: Æqualem tibi uxorem ducito. Ideo quod qui ex potentioribus se prognatas ducunt, imprudenter non uxorem mariti, sed dotis servi fiant.

Πίτλακος ἐπύθετό τινος, διότι οὐ βούλεται γῆμαι. τοῦ δὲ φήσαντος· ἐὰν μὲν καλὴν γήμω ἕξω κοινήν. ἐὰν δὲ αἰσχρὰν, ἕξω ποινήν. οὐ μὲν οὖν ἔφη· ἀλλ' ἐὰν μὲν καλὴν γήμῃς, οὐχ ἕξεις ποινήν· ἐὰν δὲ αἰσχρὰν, οὐχ ἕξεις κοινήν.

Pittacus interrogabat quendam, quamobrem uxorem ducere nollet: qui cum respondisset, Quoniam si formosam duxero, habiturus sum communem: sin deformem, pœnam: Haudquaquam dixit: sed si pulchram duxeris non erit tibi pœna: sin deformem, non habebis communem.

Περικλῆς ὁ τῶν Ἀθηναίων στρατηγὸς, δυοῖν αὐτοῦ μὲν θυγατέρα μνηστευομένων, τοῦ μὲν πλουσίου καὶ ἀπαιδεύτου, τοῦ δὲ πένητος καὶ φιλολόγου, τούτῳ αὐτὴν ἐξέδωκεν, εἰπὼν ὅτι ἀμείνων ἐστὶ τοῦ ὄντος, ὁ δυνάμενος γενέσθαι πλούσιος.

Pericles Atheniensium Imperator, duobus filiam ejus ambientibus, quorum alter dives ac imperitus erat, alter vero pauper & studiosus: elocavit eam pauperi, inquiens illum, qui dives fieri possit, meliorem esse, quam qui jam sit.

An-

Δημόκριτος ἔφη, ὡς ὁ γαμβροῦ μὲν ἐπιτυχὼν, εὗρεν υἱόν· ὁ δὲ ἀποτυχὼν, ἀπώλεσε καὶ θυγατέρα.

Democritus dixit, quod ille qui bonum generum nactus sit, invenerit filium: qui vero malum, simul & filiam perdiderit.

Λάκων τῶν πλουτούντων ἐπιεικεῖ νεανίσκῳ καὶ πένητι τὴν αὑτοῦ θυγατέρα ἐξέδωκεν. αἰτιωμένων δ' αὐτὸν τῶν συγγενῶν, ἐγὼ, ἔφη, ἐποιησάμην γαμβρὸν πλούσιον ἐσόμενον, ἀλλὰ οὐ πένητα.

Lacon quidam dives bono & pauperi adolescenti filiam elocavit, qua de re cum a cognatis reprehenderetur, dixit: ego mihi generum comparavi, quem divitem potius, quam pauperem futurum expectem.

Πρωταγόρας ἔλεγε· Σεμνῆς γυναικὸς καὶ ἀγαθῆς ὅταν τύχῃς, τὸν βίον ἄλυπον διατελεῖς.

Protagoras dicere solebat: Honestam uxorem & bonam si eris assecutus, vitam dolore vacuam transiges.

Δημόκριτος εἶπεν· ὑπὸ γυναικὸς ἄρχεσθαι, ὕβριν ἀνδρὶ ἐσχάτην εἶναι.

Democritus dicebat: Mulieri parere, extremum dedecus esse viro.

Σωκράτης ἔλεγε· Τοὺς μὲν ἄνδρας τοῖς τῆς πόλεως νόμοις δεῖν πείθεσθαι, τὰς δὲ γυναῖκας τοῖς τῶν συνοικούντων ἀνδρῶν ἤθεσι.

Socrates dicebat, Oportere viros civitatis legibus obedire, uxores autem maritorum ingeniis.

Ἡ Φωκίωνος γυνὴ πρὸς τὴν ἐπιδεικνυμένην αὐτῇ τὸν κόσμον χρυσοῦν ὄντα καὶ διάλιθον· ἐμοὶ δ', ἔφη, κόσμος ὑπέρλαμπρος ὅτι Φωκίων πένης ὢν, καὶ εἰκοστὸν ἤδη τοῦτο ἔτος Ἀθηναίων στρατηγῶν.

Phocionis uxor mulieri aureum

aureum ornatum suum & gemmis refertum ostentanti, dixit: Satis splendidum mihi ornamentum est Phocion meus, pauper quidem, sed vicesimo jam anno Atheniensum dux.

Σπαρτιατῶν νόμος ἐτάττετο, ζημίας τὴν μὲν πρώτην ἀγαμίου, τὴν δὲ δευτέραν, ὀψιγαμίου· τὴν τρίτην καὶ μεγίστην, κακογαμίου.

Spartanorum lex mulctam statuebat, primam non ducenti uxorem: alteram sero ducenti: tertiam & gravissimam illi, qui malam duxisset.

Δημοσθένης ἔλεγεν. ἄνδρας ἔχειν τὰς μὲν ἑταίρας ἡδονῆς ἕνεκα· τὰς παλλακὰς δὲ τῆς καθ᾽ ἡμέραν θεραπείας τοῦ σώματος. τὰς δὲ γυναῖκας τοῦ παιδοποιεῖσθαι γνησίως, καὶ τῶν ἔνδον φύλακα πιστὴν ἔχειν.

Demosthenes dicebat: Viros habere meretrices voluptatis gratia, concubinas, ad quotidianam corporis curam: Uxores vero ut liberos legitimos gignant, & rei domesticæ fidam custodem præficiant.

Ἐν τοῖς ἄλλοις Πλάτωνος νόμοις καὶ οὗτος ὑπάρχει. Μὴ γαμῶν ἔτη τριάκοντα γεγονὼς καὶ πέντε, ζημιούσθω.

Inter alias Platonis leges & hæc exstat: Qui triginta quinque annos natus non ducit uxorem, mulctetur.

Λυκοῦργος εἴρξας τοὺς ἀγάμους τῆς θέας, καὶ ἀτιμίαν προστεθεὶς, πολλὴν πρόνοιαν ἐποιήσατο τῆς παιδοποιΐας.

Lycurgus, cives qui cœlibes vivere vellent, a spectaculis arcens aliasque ignominias addens, magnam liberos gignendi curam aliis injecit.

Διόδωρός φησι, κρεῖττον εἶναι εὖ τεθραμμένην λαβεῖν γυναῖκα ἄπροικον, ἢ κακῶς μετὰ χρημάτων.

Diodo-

Diodorus dixit : Melius esse ducere uxorem bene educatam sine dote, quam male educatam cum magna pecunia.

Πίττακος ἔλεγε, Γάμει ἐκ τῶν ὁμοίων, αὐτὸς ἔχων πλουσίαν, καὶ τούτῳ ἕνεκα ἀρχικήν.

Pittacus dicere solitus est, uxorem ducito ex æqualibus, cum ipse haberet domi opulentam, ac proinde imperiosam. ¶ Congruit cum hoc Apophthegmate Proverbium illud, τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλε. Æqualem tibi uxorem ducito.

Κλείταρχος ἔφη, προῖκα πολλὴν τέκνα βελτίονα οὐ ποιεῖν.

Clitarchus dicere solitus est, Magnam dotem non efficere meliores liberos.

Locus LVI.

DE MODO, Mediocritate.

Λέων ὁ Εὐρυκρατίδας ἀκαίρως τινὸς περὶ πραγμάτων οὐκ ἀχρήστων διαλεχθέντος, Ὦ ξένε, εἶπεν, οὐκ ἐν δέοντι χρῇ τῷ δέοντι.

Leon Euricratides cuidam de rebus haudquaquam inutilibus intempestive loquenti, O hospites, inquit, re oportuna, non uteris oportune.

Ἀπολλόδωρος ἔφη, τὴν μεσότητα ἐν πᾶσιν ἀσφαλεστέραν εἶναι.

Apollodorus dixit, Mediocritatem in omnibus rebus tutiorem esse.

Ἀλεξανδρίδας τῷ τοῖς ἐφόροις τὰ δέοντα μὲν λέγοντι, πλείω ἢ τῶν ἱκανῶν, Ὦ ξένε, ἔφη, οὐκ ἐν δέοντι τῷ δέοντι χρῇ.

Alexandridas dicenti cuidam Ephoris oportuna quidem sed pluribus, quam par erat, O hospes, inquit, non oportune uteris oportuno.

Σωκράτης ἐρωτηθείς, ποτε,

ποτε, τίς ἀρετὴ νέυ, Τὸ μηδὲν ἄγαν, εἶπε,

Rogatus Socrates, quæ esset præcipua juvenum virtus, Ne quid, inquit, niminum tentent.

Πλάτων ἔλεγε, τὸ τῶ λόγυ μέτρον εἶναι, ὐ τῶ λέγοντα, ἀλλὰ τὸ ἀκέοντα.

Plato dixit, dicendi modum non penes loquentem, sed penes audientem esse.

Λυκίανον ἔφη, τὸ βίον ἰδιωτῶν ἄριστον εἶναι.

Lucianus dixit, Privatorum hominum vitam optimam esse.

Ισοκράτης φησὶν, ὅτι αἱ μετριότητες μᾶλλον ἐν ταῖς ἐνδείαις, ἢ ταῖς ὑπερβολαῖς ἰσχύουσι.

Isocrates dixit, mediocritates magis in defectibus, quam in excessibus valere & dominari.

Locus LV.

DE MUNERUM CONtemptu.

Φωκίων Ἀλεξάνδρυ τῶ βασιλέως ἑκατον τάλαντα δωρεὰν αὐτῷ πέμψαντος, ἠρώτησε τὰς κομίζοντας, τί δήποτε πολλῶν ὄντων Ἀθηναίων, αὐτῷ μόνῳ ταῦτα δίδωσιν Ἀλέξανδρος; εἰπόντων δὲ ἐκείνων, ὡς μόνον αὐτὸν ἡγεῖται καλὸν κἀγαθὸν εἶναι, Οὐκῦν, ἔφη, ἐασάτω με καὶ δοκεῖν καὶ εἶναι τοιῦτον.

Alexander Rex centum talenta dono miserat Phocioni: is vero percontatus est eos, qui pecuniam adferebant, Quid ita cum essent Athenienses permulti, sibi uni illa mitteret Alexander? Illis respondentibus, Quoniam unum te judicat virum & honestum & bonum: Ergo, inquit, sinat me talem & haberi & esse.

Διονύσιυ τῦ τυράννυ πέμψαν-

πέμψαντος ἱμάτια πολυτελῆ ταῖς θυγατράσιν Ἀρχιδάμου, οὐκ ἔλαβεν, εἰπὼν δεδιέναι μὴ διὰ ταῦτα μᾶλλον αἰσχραὶ φανῶσι.

Cum Dionysius Tyrannus filiab. Archidami vestes splendidas dono misisset, recusavit accipere, dicens, Vereor ne illis indutæ deformiores videantur.

Σαυνιτῶν μετὰ τὴν ἧτταν ἀφικομένων πρὸς Μάνιον Κούριον, καὶ χρυσίον διδόντων, ἔτυχεν ἐν χύτραις ἕψων γογγυλίδας. ἀπεκρίνατο δὲ τοῖς Σαυνίταις, μηδὲν χρυσίου δεῖσθαι τοιοῦτον δεῖπνον δειπνῶν· αὐτῷ δὲ βέλτιον εἶναι τοῦ χρυσίον ἔχειν τὸ κρατεῖν τῶν ἐχόντων.

Sannites devicti bello venerunt ad Manium Curium, rapulas ollis fictilibus coquentem, ingentem auri vim adferentes, quibus respondit, Nihil opus esse auro tali cœnanti cœnam. Sibi vero potius esse, aurum possidentibus imperare, quam aurum habere.

Ἐπαμινώνδας τοῦ Περσῶν βασιλέως τρισμυρίους δαρεικοὺς ἀποστείλαντος αὐτῷ, καθήψατο πικρῶς Διομέδοντος, εἰ τοσοῦτον πλοῦν πέπλευκε διαφθερῶν Ἐπαμινώνδαν, πρὸς δὲ τὸν βασιλέα λέγειν ἐκέλευσεν, ὅτι τὰ συμφέροντα Θηβαίοις φρονῶν, ἕξει προῖκα φίλον Ἐπαμινώνδαν, τὰ δὲ μὴ συμφέροντα πολέμιον.

Cum Persarum rex Epaminondæ tria Daricorum millia misisset, Diomedontem asperius increpavit, si tantam navigationem suscepisset corrupturus Epaminondam, eumque jussit hæc verba ad regem referre: Si favet commodis Thebanorum, habiturus est Epaminondam amicum gratis: sin minus, hostem.

Ἧκον καὶ ἄλλοι πρέσβεις χρυσὸν κομίζοντες βουλόμενοι δωροδοκῆσαι τὸν Ἐπαμινώνδαν· ὁ δὲ αὐτοὺς εἰς ἀγορὰν εἰσεδέξατο. ἤδει γὰρ ἐφ' ᾧ τινι ἧκον. καὶ ἐκέλευσεν

σιν αὐτοὺς πρότερον ἀριστᾶν, εἶτα λέγειν περὶ ὅτου βούλοιντο. παρακειμένης δὲ τραπέζης φαύλης, καὶ ὀξίνην ἔπινον· οἱ μὲν οὖν οὐκ εἶχον ὅ, τι καὶ εἴποιεν ἐπὶ τούτοις· ὁ δὲ διαμειδιάσας, ἄπιτε, ἔφη, καὶ λέγετε τῷ δεσπότῃ τῷ ὑμετέρῳ, οἷα ἄριστα ἀριστῶ, καὶ συνήσει, ὡς ἐγώγ' οὐκ ἂν προδοίην, τούτοις ἀρκούμενος.

Venerunt etiam alii legati ferentes aurum, animo corrumpendi muneribus Epaminondam. Invitati sunt igitur ad prandium ab ipso: intelligebat enim qua gratia appulissent. Jussit vero ut a prandio caussam adventus sui explicarent. Apposita est mensa vilis, bibebant vinum acidum: neque habebant quod ad hæc dicerent. Tum ille subridens: Abite, inquit, & domino vestro mea prandia narrate, ut intelligat, iis me contentum, non facile ad proditionem allici posse.

Ἀνακρέων ὁ μελοποιὸς λαβὼν τάλαντον χρυσίου παρὰ Πολυκράτους, τοῦ Τυράννου, ἀπέδωκεν, εἰπὼν, μισῶ δωρεὰν, ἥτις ἀναγκάζει ἀγρυπνεῖν.

Anacreon Poeta lyricus, cum auri talentum a Policrate tyranno accepisset, reddidit, inquiens, Odi munus, quod vigilare cogit.

Ξενοκράτης ὁ φιλόσοφος, πέμψαντος αὐτῷ τοῦ Μακεδόνος Ἀλεξάνδρου χρυσοῦ τριάκοντα τάλαντα, τρεῖς ἀττικὰς ἀφελὼν, τὸ λοιπὸν ἀπέπεμψεν, εἰπὼν, ἐκείνῳ πλειόνων δεῖν πλείονας τρέφοντι.

Xenocrates Philosophus, cum Alexander Macedo misisset illi dono triginta auri talenta, acceptis solum tribus minis Atticis, reliquum remisit, dicens, Illi opus esse pluribus, qui plures nutriret.

Σωκράτης ὁ Φιλόσοφος, πολλὰ τῶν φίλων αὐτῷ πεμπόντων, ἐπειδὴ μηδὲν δεχόμενος, ἐπὶ τούτῳ παρὰ τῆς Ξανθίππης ἐν-

θύνετο, ἔφη· ἂν τὰ διδόμενα πάντα, ἑτοίμως λαμβάνωμεν, οὐδ' αἰτοῦντες τοὺς διδόντας ἕξομεν.

Socrates Philoſophus objurgatus ab uxore Xanthippe, quod multa mittentibus amicis, nihil acciperet, dixit: Si omnia quæ dantur, ſtatim acciperemus, ne ſi peteremus quidem in poſterum, ut darent, habituri eſſemus.

Ἑορτῆς οὔσης παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, ἐφιλοτιμήσατο ὁ Ἀλκιβιάδης δῶρα πέμψαι τῷ Σωκράτει· τῆς οὖν Ξανθίππης καταπλαγείσης, καὶ τὸν Σωκράτην λαβεῖν αὐτὰ ἀξιούσης, ἔφη· ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς τῇ τοῦ Ἀλκιβιάδου φιλοτιμίᾳ παραταξόμεθα, μὴ λαβεῖν τὰ πεμφθέντα ἀντιφιλοτιμησάμενοι.

In feſto quodam Athenis, oſtentandi cauſſa, Alcibiades multa dona Socrati tranſmiſit. Admirate Xanthippe magnificentiam, maritum ut acciperet rogavit. Ad quam ille: Imo detrectando munera cum ambitioſa viri oſtentatione decertabimus.

Locus LVI.

DE MORTE.

Ἐπιφάνιος, ἔφη, θάνατον εἶναι φαρμακωπικὴν κάθαρσιν τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος.

Epiphanius dixit, Mortem eſſe ſaluberrimum pharmacum; quo anima & corpus ab omni labe purgatur.

Κατὰ Μουσώνιον, Οὐκ ἔστι τὴν ἐνεστηκυῖαν ἡμέραν καλῶς βιῶναι, μὴ προθέμενον αὐτὴν ὡς ἐσχάτην εἶναι βιῶσαι.

Juxta Muſonii ſententiam, Non poteſt præſentem diem recte vivere is, qui ſe non eam quaſi ultimam, victurum eſſe cogitat.

Λεωνίδας ἐρωτηθεὶς διὰ

τί

τί οἱ ἄριστοι τὸν ἔνδοξον θάνατον τῆς ἀδόξου προκρίνουσι ζωῆς, Ὅτι, ἔφη, τὸ μὲν τῆς φύσεως ἴδιον, τὸ δὲ αὑτῶν εἶναι νομίζουσι.

Leonides percontanti quam ob caussam fortes viri gloriosam mortem ingloriæ vitæ anteponant, Quoniam inquit, alterum naturæ proprium; alterum peculiariter suum esse ducunt.

Σωκράτης πρὸς τὸν εἰπόντα, θάνατόν σου κατέγνωσαν Ἀθηναῖοι, Κἀκείνων, φησὶν, ἡ φύσις.

Cum Socrati quidam diceret, Athenienses morti te adjudicarunt, Et illos, inquit, natura. Sentiens non magnum esse malum, si quis adigatur ad mortem, paulo post moriturus, etiamsi nemo interficiat.

Ἀντισθένης ἐρωτηθεὶς τί μακαριώτερον ἐν ἀνθρώποις, ἔφη, Εὐτυχοῦντα ἀποθανεῖν.

Antisthenes interrogatus, quid esset mortalibus beatissimum, Felicem, inquit, mori.

Ἐπαμινώνδας ἔλεγε, τὸν ἐν πολέμῳ θάνατον, εἶναι κάλλιστον.

Epamminondas dicere solebat, Pulcherrimum esse genus mortis, in bello mori.

Λάκαινα τις πομπὴν τελοῦσα πάνδημον, ἤκουσεν ὅτι τῆς παρατάξεως νικῶν τὸν υἱὸν, ἐκ δὴ τῶν τραυμάτων πολλῶν γενομένων θνήσκειν. οὐ περιελομένη οὖν τὸν στέφανον, ἀλλὰ σεμνυνθεῖσα πρὸς τὰς πλησίον, εἶπον, Ὡς πολλῷ κάλλιον, ὦ φίλαι, ἐστὶν ἐν παρατάξει νικῶντα τελευτᾶν, ἢ τὰ ὀλύμπια περιγινόμενον ζῆν. οὕτω ἐνομίζεν, οὐδένα θάνατον αἱρετώτερον εἶναι ἐκείνου, τοῦ ἐνδόξου ἐκ τῆς νίκης τῆς πατρίδος τῷ ἀνθρώπῳ συμβεβηκότος.

Laconica quædam mulier cum in publica solemnique pompa audivisset filium

lium in prælio quidem tulisse victoriam, sed ex vulnerũ multitudine mori, coronam non deposuit, sed glorians vicinis dixit, Quanto pulchrius est, o amice, in acie victorem occumbere, quam in Olympiis parta victoria vivere. Hæc existimavit, nullam mortem esse optabiliorem, quam quæ cum laude ex patriæ victoria homini contigisset.

Βίας ἐρωτηθεὶς ποῖ☉ τ̃ θανάτων κακὸς, ἔφη, Ὁ ἀπὸ τ̃ νόμων ἐπαγόμϑυ☉.

Bias interrogatus, quænam esset mala mors, respondit, quæ legibus infertur.

Ἀρίμνησ☉ ἐρωτηθεὶς, τὶ μέγιστον ἀγαθὸν ἀνθρώπῳ, εἶπε· τὸ καλῶς ἀποθανεῖν.

Arimnestus interrogatus, quod maximum bonum homini esset, Bene mori respondit.

Γόργιας ὁ ῥήτωρ ἤδη γηραιὸς ὑπάρχων, εἰ ἡδέως ἀποθνήσκοι μάλιστα, εἶπεν· ὥσπερ γὰρ ἐκ σαπρᾶ καὶ ῥέοντ☉ οἰκιδίκ ἀσμένως ἀπαλλάτ]ομαι.

Gorgias Orator jam senex interrogatus, an libenter moreretur: Maxime dixit. Nam tanquam ex putri & diffluente domuncula non invitus discedo.

Οἱ ὀρθῶς φιλοσοφᾶντες, ἀποθνήσκειν μελετῶσι· καὶ τεθνάναι αὐτοῖς ἥκιστα ἀνθρώπων φοβερὸν, ἔφη, Πλάτων.

Qui recte Philosophantur, mori meditantur: & mors ipsis inter homines minime terribilis est; dixit Plato.

Καταγωγῇ (ὡς Θεμίστι☉ ἔφη) ἔοικεν ὁ γεροντικ☉ θάνατ☉, ἐμβολὴ δὲ καὶ ναυάγιόν ἐστιν ὁ τ̃ νέων· ἐκπίπτει γὰρ ἡ ψυχὴ βίᾳ συντειβομένυ τᾶ σώματ☉.

Diversorio (ut Themistius dixit) mors senilis similis

similis est: juvenilis autem, tanquam ejectio & naufragium est. Elabitur enim anima violenter contrito corpore.

Ὡς ἤδη δυνατοῦ ὄντος ἐξιέναι τοῦ βίου, οὕτως ἕκαστα δεῖ ποιεῖν καὶ διανοεῖσθαι, ἔφη Μ. Ἀντονῖνος.

Omnia tibi ita agenda, dicenda & cogitanda sunt, ut si jam nunc vitam in exitu esse arbitreris, dixit M. Antoninus.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγεν· Ὁ πολυχρονιώτατος, καὶ ὁ τάχιστα τεθνηξόμενος, τὸ ἴσον ἀποβάλλει.

Idem dicebat: Qui diutissime vixit, & is qui celerrime moritur, tantundem amittunt.

Ψύχην θάνατος οὐκ ἀπόλυσει ἀλλὰ κακὸς βίος, κατὰ Φιλιστίωνα.

Animam perdit, non mors, sed mala vita, ut Philistion dixit.

Πίνδαρος ὁ λυρικὸς αἰτήσας τὸ κάλλιστον αὐτῷ δοθῆναι τῶν ἐν τῷ βίῳ, ἀθρόον ἀπέθανεν ἐν τῷ θεάτρῳ, ἀνακεκλιμένος εἰς τὸ Θεοξένου γόνατα.

Pindarus poeta lyricus, cum precatus esset, ut quod in vita maxime optandum sit, sibi daretur, in theatro repentina morte extinctus est, reclivi capite super Theoxeni genua.

Σόλων ὑπὸ Κροίσου ἐρωτηθεὶς, εἴ τινα ἑώρακεν μακαριώτερον αὐτοῦ, Τῆλον ὠνόμασε τὸν Ἀθηναῖον, ὃς ἰδιώτης μὲν ὢν, τέκνα δὲ καὶ ἐκγόνους καλῶς πεπαιδευμένους καταλίπων, μακαρίως ἀπέθανε· εἶτα ἐρωτηθεὶς, τινα ποτὲ μετὰ τοῦτον ἂν μακαρίσῃ, Κλέοβιν καὶ Βίτονα, τοὺς Ἀργείους ἀδελφοὺς ὀνόμασεν, οἵτινες διὰ τὴν περὶ μητέρα εὐσέβειαν ὀνομαστοὶ γενόμενοι, ἐν τῷ νεῷ ἐνδόξως

μετήλλαξαν, ἀγανακτῶν δ' ὁ βασιλεὺς, οὐδενὸς, ἔφη, με ἀξιοῖς; Ἐγὼ μὲν, εἶπε Σόλων, ὁμολογῶ σε βασιλέα εἶναι, πλούτῳ τὸ καὶ ἀρχῆς εὐποροῦντα, μακάριον δὲ σε οὐ προσαγορεύσω, πρὶν ἂν ἴδω σε τὸν βίον μακαρίως διατελέσαντα.

Solon a Crœso interrogatus, an quem vidisset ipso beatiorem, Telum nominavit Atheniensem, privatum hominem, sed qui relictis liberis ac nepotibus bene institutis feliciter obiisset diem. Interrogatus deinde, cui post illum felicitatis elogium tribueret, Cleobin & Bitum Argivos fratres nominavit, qui cum summa erga matrem pietatis laude in templo defuncti fuerant. Indignatus rex, nullo, inquit, igitur loco me ponis? Ego, respondit, Solon, facile confiteor, te regem esse opibus & imperio florentem: beatum vero te non appellabo, priusquam hanc vitam feliciter absolveris.

Τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ θεῖος ὁ Βασίλειος εἶπεν. Ὁ μὲν τῷ βίῳ τυγχάνων, οὔπω μακαριστὸς, διὰ τὸ ἄδηλον τῆς ἐκβάσεως· ὁ δὲ συμπληρώσας τὰ ἐπιβάλλοντα, καὶ ἀν αντιῤῥίπτω τέλει τὴν ζωὴν καταλείσας, οὗτος ἤδη ἀσφαλῶς μακαρίζεται.

Sic & Divus Basilius dixit: Qui vivit adhuc, nondum beatus est, propter finis incertitudinem: qui vero jam functus est officio suo, & vitam in minime dubio fine conclusit, is demum constanter beatus prædicatur.

Χρυσόστομος ἔφη· Δεῖν τῷ θανάτῳ χαίρειν, ἂν μὲν νέος, ὅτι ταχέως ἀπηλλάγη τῶν ἐν μέσῳ κακῶν· ἂν δὲ πρεσβύτερος, ὅτι ὃ δοκεῖ ποθεινὸν εἶναι, τοῦτο μετὰ κόρου λαβὼν ἀπῆλθεν.

Chrysostomus dixit, Gaudendum esse morte, sive quis sit juvenis, quod statim liberatus sit hujus vitæ malis: sive senex, quod rebus, quæ in vita optanda videntur, ad satietatem

tietatem uſque fruitus aberit.

Διογένης κατενεχθεὶς εἰς ὕπνον, καὶ μέλλων ἐκλείπειν τὸν βίον· διεγείραντος αὐτὸν τοῦ ἰατροῦ, καὶ πυθομένου μήτι περὶ αὐτὸν εἴη χαλεπὸν, οὐδ᾽ ἓν ἔφη, ὁ γὰρ ἀδελφὸς τὸν ἀδελφὸν περιλαμβάνει, ὁ ὕπνος τὸν θάνατον.

Cum Diogenem ante vitæ exitum ſomnus obruiſſet, medicuſque excitaſſet ac rogaſſet, an ei aliquid moleſtius accidiſſet: Nihil mali inquit, Nam frater fratrem amplectitur, ſomnus nimirum mortem.

Καλλικρατίδας προθυσάμενος, ὡς ἤκουσε τοῦ μάντεως σημαίνεσθαι διὰ τῶν ἐμπύρων τῷ μὲν στρατῷ νίκην, τῷ δὲ στρατηγοῦντι θάνατον· οὐδὲν καταπλαγεὶς εἶπεν, Οὐ παρ᾽ ἕνα τᾶ Σπάρτα. ἀποθανόντος γάρ μου, οὐδὲν ἡ πατρὶς ἐλαττωθήσεται· εἴξαντος δὲ τοῖς πολεμίοις, ἐλαττωθήσεται· ἀποδείξας οὖν ἀνθ᾽ ἑαυτοῦ Κλέανδρον ἡγεμόνα, ὥρμησεν ἐπὶ τὴν ναυμαχίαν, μαχόμενος τελευτᾷ.

Callicratides ante conflictum peracto ſacrificio, cum aruſpex nuntiaret ex incenſis, exercitui quidem portendi victoriam, ſed Imperatori mortem: nihil expaveſactus, Haud penes unum, inquit, ſunt res Spartæ: me ſiquidem mortuo, nihilo deterius habitura eſt patria: ſed ſi ceſſero hoſtibus, aliquod decedat patriæ. Itaque cum Cleandrum pro ſe ducem deſignaſſet, navalem pugnam aggreſſus eſt, ac pugnando vitam morte commutavit.

Λεωνίδας τοῖς Πέρσαις εἰς χεῖρας συνάψων, τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Γοργοῦς πυνθανομένης, εἴ τι αὐτῇ ἐντέλλεται, ἔφη, ἀγαθοῖς γαμεῖσθαι, ἀγαθὰ τίκτειν. οὗτος ὁ λόγος ἐμαρτύρει, αὐτὸν τὸν ὄλεθρον προεωρακέναι· οὐδ᾽ ὅμως ταύτῃ τῇ προαισθή-

σει ἀπείργετο τῆς στρατείας, κάλλιστον εἶναι νομίζων, ὑπὲρ τῆς πατρίδος μαχόμενον τελευτῆσαι.

Cum Leonidas, cum Persis conflicturus esset, uxori Gorgoni roganti, si quid ipsi mandaret, ut bonis, inquit nubas, bonosque liberos parias. Hæc vox testabatur, illum animo præsagisse interitum: nec hac præsensione deterritus est ab expeditione, pulcherrimum esse ducens, pro patria pugnantem occumbere.

Μέλλοντι Σωκράτει καταψηφισμένῳ τὸ κώνειον πίεσθαι, ἡ γυνὴ κλαίουσα εἶπεν, Ἀδίκως ὦ ἄνερ ἀποθνήσκεις, Σὺ δὲ, ἔφη, δικαίως ἐβούλου; διὰ τοῦτο γὰρ ἧττον χρὴ τὸν τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν θάνατον πενθεῖν, ὅτι ἀναξίως ἀποκτείνονται. δὶς δὲ θρηνεῖν δεῖ τοὺς τῶν ἀδικημάτων δίκην δόντας.

Eo die quo Socrati condemnato venenum bibendum erat, uxor lugens dixit, Mi vir, innocens morieris: cui respondit, Quid, num me nocentem mori malles? Mors bonorum ob hoc ipsum minus deflenda est, quod præter meritum occiduntur: bis vero deplorandi sunt, qui ob malefacta dant pœnas.

Πλάτων ἔφη, τὸν θάνατον τοῖς εὐτυχοῦσιν εἶναι λυπηρότερον, ἢ τοῖς ἐπιπόνως ζῶσιν.

Plato dicere solitus est, Molestiorem esse mortem fortunatis, quam moleste viventibus.

Locus LVII.

DE PECUNIIS, DIVITIIS, *Opibus*.

Φίλιππος ὁ Ἀλεξάνδρου πατὴρ φρούριόν τι βουλόμενος λαβεῖν ὀχυρὸν, ὡς ἀπήγγειλαν οἱ κατάσκοποι, χαλεπὸν εἶναι παντάπασι καὶ ἀνάλωτον, ἠρώτη-

ἠρώτησεν εἰ χαλεπὸν οὕτως ἐστὶν, ὥστε μηδὲ ὄνον προσελθεῖν χρυσίον κομίζοντα. παρεμφαίνων, οὐδὲν οὕτως εἶναι τετειχισμένον, ὅ, τι χρυσίῳ οὐκ ἂν εἴη καταλαβεῖν·

Cum Philippus Alexandri pater arcem quandam ac præsidium capere destinasset valde munitum, atque exploratores renuntiassent, prorsus esse difficile, atque adeo etiam impossibile: percontatus est, num adeo difficile esset, ut nec asinus auro onustus posset accedere: significans, Nihil tam esse munitum, quod auro expugnari non possit. ¶ Consentit hoc Apophthegma cum dicto Diodori: Τὰ τοῖς ὅπλοις ἀδύνατα χειρωθῆναι, τῷ χρυσῷ ῥᾴδιόν ἐστι καταπολεμῆσαι. τῷ γὰρ ἀργυρίῳ ὑποτάσσεται πάντα. Quæ armis non possunt capi, facile expugnantur auro. Nam pecuniæ subjiciuntur omnia.

Διογένης ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος διὰ τί τὸ χρυσίον χλωρόν ἐστιν. ἔφη, ὅτι πολλοὺς ἐπιβούλους ἔχει.

Diogenes interrogatus a quodam, cur aurum placeret, Quia, inquit, multos insidiatores habet.

Α'γησίλαος τοῖς αὐτοῦ φίλοις παρήγγειλε, μὴ χρήμασιν, ἀνδρείᾳ δὲ καὶ ἀρετῇ σπουδάζειν πλουτεῖν, ὅτι μάταιος παρασκευάζει πλοῦτον, ὁ τῶν τῆς ψυχῆς ἀγαθῶν ἐνδεὴς ὤν.

Agesilaus amicos suos admonere consuevit, ne tam pecuniis, quam fortitudine & virtute ditescere studerent: quod frustra parat opes, qui animi opibus destitutus sit.

Α'ντισθένης ἔλεγεν. Οὔτε συμπόσιον χωρὶς ὁμιλίας, οὔτε πλοῦτον χωρὶς ἀρετῆς ἡδονὴν ἔχειν.

Antisthenes dicebat, Neque convivium sine colloquio & societate, neque divitiæ sine virtute, voluptatem adferre.

Πυθαγόρας εἶπεν· Οὔτε ἵππον χωρὶς χαλινοῦ. οὔτε πλοῦτον δίχα φρονήσεως δυνατὸν κρατεῖσθαι.

Pythagoras, neque equum sine fræno, neque divitias sine prudentia quenquam gubernare posse, dicere solebat.

Πλάτων ἐρωτηθεὶς πόσην δεῖ οὐσίαν ἔχειν, εἶπεν· ὅσην ἔχων, οὔτ' ἐπιβουλευθήσῃ, οὔτε τῶν ἀναγκαίων ἀπορήσεις.

Plato interrogatus, quantas opes habere conveniret, dixit: quantæ possidenti neque insidias pariunt, neque rerum necessariarum inopiam.

Κλεάνθης ἐρωτώμενος, πῶς ἂν τις εἴη πλούσιος, εἶπεν· εἰ τῶν ἐπιθυμιῶν εἴη πένης.

Cleanthes quærenti, quomodo quis dives evadere posset, respondit: Si cupiditatum fuerit inops.

Εὐσέβιος ἔλεγε. Πλούσιον χρὴ νομίζειν, τὸν ἡγούμενον ἔχειν τὰ ἀρκέοντα· τὸν δ' ἀεὶ ἐπιθυμοῦντα προσκτήσασθαι, καὶ πληθώρην μηδέ ποτε τοῦ τοιούτου λαμβάνοντα, καὶ εἰ Μίδου πλουτέοι μᾶλλον, πένητα καλέω, καὶ Ἴρου, ὡς ἐκεῖνος ἐξ ἀνάγκης εἶχε ψυχὴν, κεκτῆσθαι.

Eusebius dicere solebat: Ille dives existimandus est, qui se satis possidere sibi persuasit. Eum vero qui partis bonis semper adjicere properat, acquirendique saturitate nulla capitur, etsi Mida fuerit opulentior, pauperem esse dico, & Iri, qualem esse necessario habebat, animo præditum.

Ὁ αὐτὸς εἶπε· Οἱ μάταιοι τῶν ἀνθρώπων τοὺς μὲν μεγάλα χρήματα ἔχοντας, κἂν φαύλους ὄντας, τιμῶσί τε καὶ θαυμάζουσι. τῶν δὲ σπουδαίων ἐπειδὰν ἀχρηματίαν καταγνῶσιν, ὑπερφρονοῦσιν.

Idem dicebat: Homines vani colunt & admirantur

rantur magnos & pecuniosos, quamvis mali sint: bonos autem contemnunt, si paupertatem eorum animadverterint.

Κίλων ἔλεγεν, ὅτι ἐν λιθίναις ἀκόναις ὁ χρυσὸς ἐξετάζεται, διδοὺς βάσανον φανεράν· ἐν δὲ χρυσῷ, ἀνδρῶν ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν τε νοῦς ἔδωκ᾽ ἔλεγχον.

Chilo dicere solebat, Quod Lydius lapis est auro, id aurum esse homini: Aurum enim arguit, quale sit hominis ingenium.

Δημόκριτος εἶπε, δόξαν καὶ πλοῦτον ἄνευ ξυνέσεως, οὐκ ἀσφαλῆ κτήματα εἶναι.

Democritus dicere solitus est, gloriam & divitias absque prudentia, non firmas possessiones esse.

Σωκράτης ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, τίς σοὶ πλουσιώτερος εἶναι δοκεῖ; εἶπεν, ὁ ἐλαχίστοις ἀρκούμενος. αὐτάρκεια γὰρ ἐστὶ φύσεως.

Socrates interroganti, quis videatur sibi ditissimus, respondit, Qui paucissimis contentus est. In frugalitate enim sibi sufficiente exsistunt divitiæ naturæ. ¶ Huc & dictum Chrysostomi pertinet: Οὐ πλούσιος ἐστὶν ὁ πολλὰ κεκτημένος, ἀλλ᾽ ὁ μὴ πολλῶν δεόμενος. Non qui multa possidet, sed qui non multis indiget, dives est.

Locus LVIII.

DE MVSICA CONTEMTA.

Ἀρχίδαμος πρὸς τὸν ἐπαινοῦντα κιθαρῳδὸν καὶ θαυμάζοντα τὴν δύναμιν αὐτοῦ, Ὦ λῷστε, ἔφη, ποῖον γέρας παρὰ σοῦ τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσιν ἔσται, ὅταν κιθαρῳδὸν οὕτως ἐπαινῇς.

Archidamus, cum quidam prædicaret citharœdum.

dum, ejusque in cantando facultatem admiraretur, Heus, inquit, vir optime, quid honoris aut præmii abs te ferent boni viri, cum tantopere prædices citharœdum?

Ἐπεὶ δέ τις αὐτῷ συνιστὰς ψάλτην εἶπεν, Οὗτος ἀγαθὸς ψάλτης ἐστί. Παρ' ἡμῖν δὲ γε ἀγαθὸς ζωμοποιός· ὡς οὐδὲν διαφέρον ἢ δι' ὀργάνων φωνῇ ἡδονὴν ἐμποιεῖν, ἢ δι' ὄψων καὶ ζωμοῦ σκευασίας.

Idem cuidam cantorem commendanti ac dicenti, Hic est bonus cantor: At apud nos, inquit, hic est bonus condimentorum artifex. Existimabat nihil referre, utrum Musicorum instrumentorum sono, an obsonus quis voluptatem adferret.

Δημάρατος ψάλτου ἀκροώμενος, Οὐ κακῶς εἶπε, φαίνεταί μοι φλυαρεῖν.

Demaratus, cum audiret Cantorem quendam ostentantem artem suam, Nihil aliud laudis illi tribuit, sed tantum dixit, mihi videtur non male nugari.

Εὐδαμίδας, ψάλτου τινὸς εὐημερήσαντος, ἠρώτησεν αὐτὸν ποδαπός τις αὐτῷ δοκεῖ εἶναι. Μέγας, ἔφη, κηλήκτας ἐν μικρῷ πράγματι.

Eudamides rogatus de cantore quodam, qui feliciter cecinerat, qualis ipsi videretur, Magnus, inquit, in re parva delinitor.

Ἀτέας ὁ Σκυθῶν βασιλεὺς Ἰσμηνίαν τὸν ἄριστον αὐλητὴν λαβὼν αἰχμάλωτον, ἐκέλευσεν αὐλῆσαι· θαυμαζόντων δὲ τῶν ἄλλων, αὐτὸς ὤμοσεν ἥδιον ἵππου χρεμετίζοντος ἀκούειν.

Ateas Scytharum rex, cum Ismeniam tibicinem optimum in bello cepisset, jussit illum canere: Ceteris-

ris vero admirantibus, juravit Scytha, sibi jucundius esse, equum hinnientem audire. Tales Scythæ adhuc hodie multi sunt in mundo.

Locus LIX.

DE NOBILITATE.

Κικέρων ὁ ῥήτωρ εἰς τοὔνομα σκωπτόμενος, καὶ τῶν φίλων μεταθέσθαι κελευόντων, ἔφη, τὸν Κικέρωνα ποιήσειν τῶν Κατώνων, καὶ τῶν Κάτλων, καὶ τῶν Σκαύρων ἐνδοξότερον, οἱ μὲν γὰρ περιβόητοι ἦσαν παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις, Κικέρωνος νέου ἀνθρώπου ὄντος. ἐπέδειξε δὲ, κάλλιστον συγγένειαν εἶναι, ἣν ἑαυτῷ ἕκαστος ταῖς ἰδίαις ἀρεταῖς παρασκευάζει.

Cicero Rhetor, cum ob nomen dicteriis incesseretur ad amicis admonitus, ut aliud sibi nomen adscisceret, respondit, se Ciceronis nomen multo illustrius effecturum, quam Catonum, Catulorum, aut Scautorum. Nam hæ familiæ illustres erant apud Romanos, cum Cicero homo novus esset. Subindicavit autem, pulcherrimum nobilitatis genus esse, quam sibi quisque propriis virtutibus conciliat.

Ἀγαθοκλῆς υἱὸς ὢν κεραμέως, γενόμενος δὲ κύριος Σικελίας, καὶ βασιλεὺς ἀναγορευθεὶς, εἰώθει κεράμεια ποτήρια τιθέναι παρὰ τὰ χρυσᾶ, καὶ τοῖς νέοις ἐπιδεικνύμενος λέγειν, ὅτι τοιαῦτα ποιῶν πρότερον, νῦν ταῦτα ποιεῖν διὰ τὴν ἐπιμέλειαν καὶ τὴν ἀνδρείαν δεικνὺς τὰ χρυσᾶ. οὐκ ᾐσχύνετο ἐπὶ τῇ προτέρᾳ τύχῃ, δὴ ἐνδοξοτέραν ἡγεῖτο τὴν βασιλείαν τὴν δι᾽ ἀρετῆς παρασκευασμένην, ἢ οἱ αὐτῆς κληρονομήσειαν αὖ.

Agathocles Sicilia potitus rexqne declaratus, solitus est in mensa fictilia pocula juxta aurea ponere, eaque juvenilibus ostendens dicere: Cum antea talia fecerim commonstratis

tis

tis fictilibus (patre enim figulo natus fuit) Nunc per vigilantiam & fortitudinem talia facio, commonstrās aurea Non puduit eum pristinæ fortunæ, sed gloriosius existimavit, regnum virtute partum, quam si hæreditate obvenisset.

Τῦ αὐτῦ πολιορκῦντος πόλιν, τῶ ἀπὸ τῦ τείχους τινὲς ἐλοιδορῦντο, λέγοντες, ὅτι Ὦ κεραμεῦ τὸ μισθὸν πόθεν ἀποδώσεις τοῖς στρατιώταις; ὁ δὲ πρᾶος καὶ μειδιῶν εἶπεν, Αἴκα ταύτων ἕλω. λαβὼν δὲ κατακράτος, ἐπέρασκε τοὺς αἰχμαλώτους, λέγων, Ἐὰν με πάλιν λοιδορῆτε, πρὸς τοὺς κυρίους ὑμῶν ἔσται μοὶ ὁ λόγος, ἀστείως ὀνειδίζων αὐτοῖς τὴν ἄκαιρον λοιδορίαν, καὶ τὴν δουλείαν, τῆς βλασφημίας μισθόν.

Idem cum obsideret urbem quandam, quibusdam e muro convitia in ipsum jaculantibus, dicentibusque, Figule, unde militibus tuis persolves stipendium? Ille placidus ac ridens respondit, Cum hanc urbem cepero At cum urbe vi potitus esset, venderetque captivos, Si me, inquit denuo convitiis affeceritis, apud heros vestros querar de vobis: civiliter illis exprobrans intempestivam maledicentiam, & servitutem maledicentiæ præmium.

Ἰφικράτης ὁ τῶν Ἑλλήνων ἡγεμὼν, δοκῶν υἱὸς εἶναι σκυτοτόμου, πρὸς Ἁρμόδιον εἰς δυσγένειαν αὐτῷ λοιδορούμενον, ἔφη, Τὸ μὲν ἐμὸν ἀπ' ἐμοῦ γένος ἄρχεται, τὸ δὲ σὸν ἐν σοὶ παύεται.

Iphicrates Græcorum dux, qui sutore patre natus existimabatur, Harmodio generis probrum per convitium objicienti, Meum, inquit, genus a me originem habet, tuum vero in te desinit.

Ἀντίγονος ὁ βασιλεὺς Βίωνα τὸν φιλόσοφον διαβληθέντα ὡς δυσγενὴ ἤρετο

τις

τίς; πόθεν εἰς ἀνδρῶν, πόθι σοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες; κἀκεῖνος εἶπεν· ἀλλ' ὀρθῶς ἔχει, ὦ βασιλεῦ, ὅταν τοξοτῶν χρείαν ἔχῃς, οὐκ ἐρωτῶντα τὸ γένος, ἀλλὰ τιθέντα τὸν σκοπὸν, τοὺς ἀρίστους τοξεύοντας παραλαμβάνειν. οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ τῶν φίλων ἐξέταζε, οὐ πόθεν εἰσὶν, ἀλλὰ τίνες.

Antigonus rex Bionem Philosophum de ignobilitate criminatum, interrogavit : Quis & cujas es ? ubi tua civitas est ? ubi sunt tui parentes ? Cui Bion respondit : Atqui o rex gerecte facis, cum indiges sagittariis, quod tunc non interrogando genus, sed scopum proponendo, optimos tibi ex illis deligis : sic etiam amicos explorare debes, non unde nati, sed qui & quales sint.

Βασίλειος εἶπεν. Οὐκ ἔχομεν τοὺς πατέρας καὶ προγόνους λέγειν περιφανεῖς. ὁ γὰρ τῆς ἀληθείας νόμος ἴδια ἑκάστου ἀπαιτεῖ τὰ ἐγκώμια.

Basilius dixit : Non possumus parentes & majores nominare nobiles, cum veritatis lex propria cujusque deposcat encomia.

Ὁ αὐτὸς, ὀνειδιζόμενος ἐπὶ τῷ γένει. Ἀλλ' ἐγὼ τοῖς μετ' αὐτὸν, ἔφη, τοῦ γένους ἄρξω, καὶ τὸ μὲν ἐμὸν ἀπ' ἐμοῦ γένος ἄρξεται, τὸ δὲ σὸν εἰς σὲ τελευτήσει.

Cum eidem genus ut probrnm objiceretur, Ego, inquit, posteris meis lucem excito, & meum genus a me ortum habet, tuum vero in te desinit.

Φημὶ τούτους μάλιστα ἐπαίνου ἀξίους εἶναι, ὅσοι τὸ μηδὲν ἐξ ἀρχῆς ὄντες, ὅμως ἐπὶ μέγα προεχώρησαν. ἔλεγε Λουκιανός.

Affirmo hos maxime laude dignos esse, qui ab humili principio ad splendorem nominis pervenerunt, dixit Lucianus.

Διογένης, πυνθανομένου.

νου τινὸς, τίνες τῶν ἀνθρώπων εὐγενέστατοι, οἱ καταφρονοῦντες, εἶπε, πλούτου, δόξης, ἡδονῆς. ζωῆς τῶν δὲ ἐναντίων ὑπεράνω ὄντες πενίας, ἀδοξίας, πόνου, θανάτου.

Diogenes interrogante quodam, qui hominum nobiliſſimi eſſent: Contemptores, dixit, opum, gloriæ, voluptatis, & vitæ, contrariis autem, paupertate, obſcuritate famæ, labore ac morte ſuperiores.

Σωκράτης ἐρωτηθεὶς, τὶ εὐγένεια, εὐκρασία, ἔφη, ψυχῆς καὶ σώματος.

Socrates nobilitas quid eſſet ſciſcitanti: Animæ, reſpondit, & corporis bona temperies.

Σώστρατος ὁ αὐλητὴς ὀνειδιζόμενος ὑπό τινος ἐπὶ τῷ γονέων ἀσήμων εἶναι, εἶπε, Καὶ μὴν διὰ τοῦτο μᾶλλον ὤφειλον θαυμάζεσθαι, ὅτι ἀπ' ἐμοῦ τὸ γένος ἄρχεται.

Soſtrato aulædo exprobrabat quidam, quod obſcuris parentibus natus eſſet, cui ille, atqui ob hoc ipſum, maxime ſum admiratione dignus, quod a me genus incipiat. Judicavit enim melius eſſe, Genus incipere, quam finire, juxta illud Nazianzeni: γένει προσάρχειν κρεῖσσον, ἢ λύειν γένος.

Ἀνάχαρσις ὀνειδιζόμενος ὑπὸ Ἀττικοῦ ὅτι Σκύθης ἐστὶν, ἔφη, Ἀλλ' ἐμοὶ μὲν ὄνειδος ἡ πατρὶς, σὺ δὲ τῇ πατρίδι. πάνυ καλῶς ἐπιπλήξας τῷ μηδενὸς ἀξίῳ λόγου, μόνον δ' ἐπὶ τῇ πατρίδι σεμνυνομένῳ.

Anacharſis exprobranti cuidam Attico, quod natus eſſet in Sythia, Mihi inquit, probro eſt patria, tu vero patriæ. Belle hominem nullius pretii reprehendens, quod cum nulla laude dignus eſſet, de patria tamen inſolenter gloriaretur.

Θεμιστοκλῆς, τοῦ Σεριφίου

φίκ πρὸς αὐτὸν εἰπόντος ὡς οὐ δι' αὐτὸν, ἀλλὰ διὰ τ πόλιν ἔνδοξός ἐστιν, Ἀληθῆ λέγεις, εἶπεν, ἀλλ' οὔτ' ἂν ἐγὼ Σερίφιος ὢν ἐγινόμην ἔνδοξος, οὔτε σὺ, Ἀθηναῖος.

Themistocles Seriphio cuidam objicienti, quod non ex sese, sed ob urbis nobilitatem celebris esset, Vera, inquit prædicas. Neque enim ego, si Seriphius essem, clarius essem, neque tu si Atheniensis.

Πολλαχῶς σοφός τις ὀνειδιζόμενος ὑπό τινος ἐπὶ τῷ γονέων ἀγεννῶν εἶναι, εἶπεν, Ἐμοὶ μὲν ὄνειδος οἱ γονεῖς, σὺ δὲ τοῖς γονεῦσι.

Cum sapienti cuidam multis modis aliquis ut probrum objiceret, quod e parentibus ignobilibus prognatus esset: Mihi, inquit, dedecori sunt parentes, tu vero parentibus tuis.

Θεόπεμπτος, ἔλεγε, δεῖν εὐγενεῖς νομίζειν, μὴ τοὺς ἐκ τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν γεγενημένους, ἀλλὰ τοὺς καλὰ καὶ ἀγαθὰ προαιρουμένους.

Theopemptus dicere solebat, Nobiles existimandos esse, non qui ex bonis & probris nati sunt, sed qui honesta & bona sequenda sibi proponunt.

Ἀντίγονος, ἐπεὶ νεανίσκος ἀνδρείου πατρὸς, αὐτὸς δὲ μὴ πάνυ δοκῶν ἀγαθὸς εἶναι στρατιώτης, ἠξίου τὰς τοῦ πατρὸς λαμβάνειν ἀποφοράς. ἀλλ' ἐγὼ εἶπεν, ὦ μειράκιον, ἀνδραγαθίας οὐ πατραγαθίας μισθὸν καὶ δωρεὰς δίδωμι.

Cum juvenis quidam strenuo patre natus, ipse vero parum bonus miles existimatus, patris stipendia peteret, Antigonus ad eum dixit: Atqui ego adolescens, non paternæ, sed propriæ fortitudinis, mercedem ac præmia largior.

Λαμπρὸν καὶ ἐπίσημον (ὡς Χρυσόστομος ἔλεγεν) οὐ περιφάνεια προγόνων, ἀλλὰ ψυχῆς ἀρετὴ ποιεῖν εἴωθε.

Splendidum & nobilem (ut Chrysostomus dixit) non majorum nobilitas, sed animi virtus efficere solet.

Σωκράτης ἔλεγεν· Οὔτε σῖτον ἄριστον ἐκ τοῦ καλλίστου

λίσου πεδίου κρίνομεν, ἀλλὰ τὸ εὔθετον πρὸς τὴν τροφήν. οὔτε ἄνδρα σπουδαῖον ἢ φίλον εὔνοον, τὸν ἐξ ἐπιφανοῦς ὄντα γένους, ἀλλὰ τὸν ὑπάρχοντα τῷ τρόπῳ κρείττονα.

Socrates dicere solebat: Neque frumentum optimum judicamus, quod in pulcherrimo agro natum est, sed quod commode nutrit: neque virum bonum & studiosum aut amicum benevolum, qui genere clarus, sed qui moribus egregiis fuerit.

Δημόκριτος ἐρωτηθεὶς, ἐν τίσι ἡ εὐγένεια ἂν εἴη, εἶπε Κτηνέων μὲν εὐγένεια, ἡ τοῦ σκήνεος εὐσθένεια· ἀνθρώπων δὲ ἡ τοῦ ἤθεος εὐτροπίη,

Democritus interrogatus in quibus nobilitas consisteret? respondit, Pecudum nobilitas in bono validoque corporis habitu sita est: hominum vero in bonitate morum.

Locus

Locus LX.

DE OTIO.

ΣΚιπίων ὁ πρεσβύτερος τὴν ἀπὸ τῆς στρατηγιῶν καὶ τῆς πολιτείας σχολὴν ἐν γράμμασι διατρίβων ποιούμενος, ἔλεγεν, ὁπότε σχολάζοι, πλείονα πράττειν.

Scipio senior, si quando vacans a bellicis negotiis, in litteris versaretur, dicere solebat, se quando otiosus esset, plura agere.

Διονύσιος ὁ πρεσβύτερος πρὸς τὸν πυθόμενον, εἰ σχολάζοι, Μηδέποτε, εἶπεν, ἐμοὶ τοῦτο συμβαίη. νομίζων αἴσχιστον εἶναι, σχολὴν ἄγειν ἀπὸ τῶν τῆς πόλεως.

Dionysius senior cuidam percontanti, Num esset otiosus, Absit, inquit, ut hoc mihi accidat. Sentiens, turpissimum esse, otiosum esse a Reipublicæ negotiis.

Διονύσιος ὁ Ἑρμοκράτους

τοῦ

τοῦ ἐπέστειλε Πλάτωνι, μὴ κακῶς ἀγορεύειν αὐτόν. καὶ ὡς ἀντεπέστειλε, μὴ τοσαύτην αὐτῷ σχολὴν εἶναι ὡς Διονυσίου μεμνῆσθαι.

Dionysius Hermocratis filius scripsit ad Platonem, orans ne se convitiis afficeret: ad quem ille rescripsit, Non sibi tantum otii esse, ut Dionysii meminisset.

Δημοσθένης ἔφησε. τῷ ἀργεῖν καὶ τῷ σχολάζειν ἕπεσθαι τὸ ἀπορεῖν καὶ τἀλλότρια πολυπραγμονεῖν.

Demosthenes dicere solebat, Desidiam & otium comitari egestatem, & aliena agendi studium.

Πλάτων λέγειν ἐκ τῆς διατριβῆς ἀπαλλαττόμενος εἰώθει· ἄγε ὅπως εἰς καλόν τι καταθήσεσθε τὴν σχολήν, ὦ παῖδες σημαίνων αἰσχρὸν σχολὴν πάντα κακὰ διδάσκειν τοὺς ἀνθρώπους.

Plato e disputatione discedens, solitus est admonere discipulos, videte pueri, ut otium in re quapiam honesta collocetis. Significans inhonestum otium omnia mala docere adolescentes.

Locus LXI.

DE INVIDIA, ODIO,

Ἀριστοτέλης, φθόνος φησὶν ἀνταγωνιστής ἐστι τῶν εὐτυχούντων.

Invidia, inquit Aristoteles, antagonista est fortunatorum.

Νικόμαχος εἶπεν, ἐργῶδες εἶναι ἐν βίῳ βεβιωκότα, τοὺς τῶν φθονούντων πάντας ὀφθαλμοὺς λαθεῖν.

Nicomachus dicebat, Difficile esse in hac vita degentem, omnes invidentium oculos latere.

Ἱππίας ἔλεγε· δύο εἶναι φθόνους. τὸν μὲν δίκαιον, ὅταν τις τοῖς κακοῖς φθονῇ τιμωμένοις. τὸν δὲ ἄδικον, ὅταν τοῖς ἀγαθοῖς. καὶ διπλῶ τῶν ἄλλων οἱ φθονεροὶ κακοῦνται· οὐ γὰρ μόνον τοῖς οἰκείοις κακοῖς ἄχθον-

ται, ὥσπερ ἐκεῖνοι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς.

Hippias dixit, duplicem invidiam esse: justam quidem, cum quis invidet improbis honoratis: injustam vero, cum bonis, Et invidi duplo magis, quam ceteri calamitosi sunt: Non enim solum propriis malis gravantur, ut alii, sed alienis quoque bonis.

Πλάτων εἶπεν, ἀγαθῷ οὐδένα περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε ἐγγίνεσθαι φθόνον.

Plato dicebat, Bono viro nunquam ulla quavis de re innasci invidiam.

Τοῖς μὲν διὰ τοῦ ἡλίου πορευομένοις ἕπεται κατ' ἀνάγκην σκιά. τοῖς δὲ διὰ τῆς δόξης βαδίζουσιν, ἀκολουθεῖ φθόνος, ἔφη Σωκράτης.

Iter facientes per Solem, necessario comitatur umbra: incedentibus vere per gloriam, comes est invidia: dixit Socrates.

Ἀνδρὶ ἀγαθῷ (ἔλεγεν Εὐσέβιος) εὖ φρονέοντι φθονέων τις, καὶ πατρίδι, καὶ παντὶ τῷ κοινῷ, καὶ ἑαυτῷ φθονεῖ. ἀνὴρ ἀγαθὸς γὰρ εὖ πράττων πόλιος καὶ παντὸς τοῦ δυναμένου τῆς εὐμοιρίας αὐτοῦ μεταλαγχάνειν, κοινὴ εὐδαιμονία.

Si quis (dixit Eusebius) invidet bono viro fortunato, is etiam patriæ ac toti reipublicæ, denique sibi ipsi invidet. Nam vir bonus feliciter agens, commune bonum & uniuscujusque, qui felicitatis ejus particeps fieri potest.

Κλεόβουλος ὁ Λίνδιος ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, τίνα δεῖ μάλιστα φυλάττεσθαι, εἶπεν· τῶν φίλων φθόνον, τῶν δὲ ἐχθρῶν ἐπιβουλήν.

Cleobulus Lindius, cum ex eo quæreretur, quæ maxime vitanda esse putarat: Amicorum, inquit, invidiam & hostium insidias.

Ἀντισθένης, ὥσπερ ὑπὸ τοῦ ἰοῦ τὸν σίδηρον, οὕτως ἔλεγε

ἔλεγε τοὺς φθονεροὺς ὑπὸ τῦ ἰδίου ἔθους κατεσθίεσθαι.

Antisthenes dicere solitus est, non aliter ac ferrum absumitur rubigine, ita invidos suo ipsorum vitio contabescere.

Βίων πρὸς τὸν βάσκανον ἐσκυθρωπακότα, οὐκ οἶδα, ἔφη, πότερον σοι κακὸν γέγονεν, ἢ ἄλλῳ ἀγαθόν· φθονερὸς γὰρ οὐχ ἧττον λυπεῖται ἀλλοτρίᾳ εὐτυχίᾳ, ἢ τῇ ἑαυτοῦ δυστυχίᾳ.

Bion conspiciens quendam tristi vultu, qui habebatur invidus, Nescio, inquit, utrum tibi aliquid acciderit mali, an alteri quippiam boni. Invidus enim non minus discruciatur aliena felicitate, quam proprio infortunio.

Ἰσοκράτης τῶν εὐτυχούντων ἀνταγωνιστὴν ἔλεγεν εἶναι τὸν φθόνον.

Isocrates dicebat, fortunatorum hominum adversarium invidiam.

Ἔστι πάντα, φησὶ Δημοσθένης, ὅσα ἐστὶ, τὰ ὀνείδη φευκτέον· τὸ δὲ φθονῆσαι δοκεῖν πάντων μάλιστα. διὰ τί, ὅτι πάντα πᾶσι φύσεως κακίας σημεῖον ἐστὶν ὁ φθόνος· καὶ οὐκ ἔχει πρόφασιν, δι' ἣν ἂν τύχοι συγγνώμης ὁ τοῦτο πεπονθώς.

Cum probra, inquit Demosthenes, fugienda sunt omnia, tum hoc, ne invidi videamur, maxime omnium. Quare? Quia invidia omnino pravitati naturæ tribuitur: nec ulla caussa est, ob quam invidus veniam mereatur.

Locus LXII.

DE OBTRECTATIONE, Calumnia.

TὈν Ἀλέξανδρον φασι διαβαλλομένου τινὸς τῶν συνήθων, τὴν μὲν ἑτέραν τῶν ἀκοῶν ἐπιμελῶς ἀποφράξαντα τῇ χειρὶ, ἀκεραίαν δηλονότι ταύτην διασώζοντα τῷ μὴ παρόντι.

ἐόντι, οὐ γὰρ ἐνόμιζο τοῖς λεγομένοις πρότερον πιστεύειν δεῖν, πρὶν καὶ ἕτερον αὖ ἀκούσειε.

Dicunt, Alexandrum, cum familiaris quidã traduceretur apud eum, alteram aurem obstruxisse manu, scilicet ut illam integram absenti servaret. Non enim putavit hujus verbis prius fidem habendam esse, quam & alterum audivisset.

Ἱππίας φησὶν ὅτι δεινόν ἐστιν ἡ διαβολή, οὕτως ὀνομάζων, ὅτι οὐδὲ τιμωρία τὶς κατ᾽ αὐτῶν γέγραπται ἐν τοῖς νόμοις, ὥσπερ τῶν κλεπτῶν· καὶ τοι ἄριστον ὂν κτῆμα τὴν φιλίαν κλέπτουσιν, ὥστε ἡ ὕβρις κακοῦργος οὖσα, δικαιοτέρα ἐστὶ τῆς διαβολῆς, διὰ τὸ μὴ ἀφανὴς εἶναι.

Hippias gravissimam rem calumniam esse dixit, quia nulla pœna lege sancita sit calumniatoribus, ut furibus quamvis amicicitiam, quæ optima est possessio, furentur. Quamobrem contumelia licet malefica sit, justior tamen est, quam calumnia: quæ quia latet, nocentior est.

Πελοπίδας ἀνδρείου στρατιώτου διαβληθέντος αὐτῷ, ὡς βλασφημήσαντος αὐτοῦ· ἐγὼ τὰ μὲν ἔργα, ἔφη, αὐτοῦ βλέπω, τῶν δὲ λόγων οὐκ ἤκουσα.

Pelopidas, cum fortis quidam miles per calumniam apud ipsum deferretur, ut qui ei conviciatus esset: Equidem dixit, facta ejus respicio, verba autem non audivi.

Ὅστις διαβολαῖσι πείθεται ταχὺ, ἤτοι πονηρὸς αὐτός ἐστι τοὺς τρόπους, ἢ παντάπασι παιδαρίου γνώμην ἔχει. ἔλεγεν ὁ Μένανδρος.

Quisquis calumniis statim fidem habet, is aut improbis moribus præditus est, aut ingenium prorsus habet puerile: ut Menander dixit.

Κλεό-

Κλεόβουλος μάλιστα σωφρονεῖν ἐκείνην τὴν πόλιν ἔφη, ὅπου τὸν ψόγον μᾶλλον οἱ πολιτευόμενοι δεδοίκασιν, ἢ τὸν νόμον.

Cleobulus illam civitatem dixit bene constitutam esse, ubi infamiam & obtrectationem magis, quam legem, cives metuant.

Πλάτων τινὸς λέγοντος, ὅτι τινὲς λοιδοροῦσί σε, ἔφη, ἀλλ' ἐγὼ οὕτω διάξω, ὥστε ἀπιστεῖν αὐτοῖς. ἡγούμενος κάλλιστον τοῦ διαλύσαι τὰς διαβολὰς τρόπον εἶναι οὐ συγγράμμασι καὶ κραυγαῖς, ἀλλὰ τῷ ὁσίως ζῆν, καὶ τὰ δέοντα πράττειν ψευδομένους ἐλέγχειν.

Plato cum quidam ei narraret, esse nonnullos, qui ipsum maledictis insectarentur, At ego, inquit, sic vivam, ut illis non habeatur fides. Sentiens optimum refutandi calumnias modum esse, non scriptis & clamoribus, sed sancte vivendo, & recte faciendo mentientes refutare. ¶ Ut ille interrogatus, πῶς ἂν ἀμυνοῖτο τὸν ἐχθρόν, quomodo se ulcisci de suo inimico posset, respondit: αὐτὸς καλὸς κἀγαθὸς γενόμενος, Si te virum honestum & justum præstabis.

Φίλιππος ὁ Ἀλεξάνδρου πατὴρ ἔλεγεν, ὅτι χάριν ἔχω τοῖς λοιδοροῦσι με. ὅτι βελτίονα ποιοῦσιν. ἐγὼ γὰρ σπουδάζων ψευδεῖς αὐτοὺς ἀπελέγχειν, εἴτι φαῦλον ποιῶ, μεταβάλλομαι.

Phillippus, Alexandri pater, dicebat se suis convitiatoribus gratiam habere, quod se meliores redderent. Ego enim, inquit, studens illos mendacii cōvincere, si quid improbe fecerim, muto consilium & pœnitentia emendo factum.

Διογένης πρὸς τὸν λοιδορούμενον αὐτῷ, Ἀλλ' οὔτε ἐμοί, ἔφη, πιστεύει τις εὐφημοῦντί σε, οὔτε σοὶ ἐμὲ βλασφημοῦντι.

Diogenes convitianti sibi, At nec mihi, inquit, credit

credit quisquam te laudanti, nec tibi me vituperanti.

Ἱέρων πρὸς Ξενοφάνην τὸν Κολοφώνιον εἰπόντα, μόλις οἰκέτας δύο τρέφειν, Ἀλλ' Ὅμηρος εἶπεν, ὃν σὺ διασύρεις, πλείονας ἢ μυρίους τρέφει τεθνηκώς, καὶ σὺ ὁ βουλόμενος δοκεῖν αὐτοῦ ἐλλογιμώτερος, εἷς οὐ τρέφεις δύο.

Hiero Xenophani Colophonio querenti, quod ægre duos aleret famulos, At Homerus, inquit, quem tu carpis, etiam mortuus alit plus quam decem milia. Et tu, qui vis illo videri doctior, unus non alis duos?

Ἔφη σοφῷ τις, Ὁ δεῖνά σε ἐλοιδορεῖ· ὁ δὲ ἔλεγε, Μὴ παρόντα καὶ τυπτέτω με.

Cum sapienti quidam narraret, eum a quopiam convitiis deformatum esse, Absentem, inquit, etiam verberet me.

Τρισὶν ὁμοῦ προσώποις (ὥς φησί τις τῶν σοφῶν) τὴν βλάβην προσδιαβιβάζεται ὁ διαβάλλων. τόν τε γὰρ συκοφαντούμενον ἀδικεῖ, καὶ πρὸς οὓς ὁ λόγος ἐστὶν αὐτῷ, καὶ αὐτὸς ἑαυτόν.

Tribus personis [ut quidam ex sapientibus dixit] eadem opera calumniatos nocet. Nam & delatum injuria afficit: Et auditores (Quia eos veritate privat) & seipsum. Quia conscientiam suam atrociter saucit.

Δημοσθένης φησὶ τῶν συκοφαντούντων γένος ἐξωλέστερον οὐδὲν εἶναι.

Demosthenes dicere solitus est, Nullum genus hominum perniciosius esse, quam Sycophantarum.

Σοφῷ τινὶ τις, ὅτι ὁ δεῖνα κακῶς σε ἐλοιδόρει ἐπ' ἐμοῦ· ὁ δὲ ἔφη. Εἰ μὴ ἡδέως ἤκουες, οὐκ ἂν ἐκεῖνος με ἐλοιδόρει.

Cum sapienti cuidam aliquis diceret, se presen-

te, ipsi a certo quodam convitium factum esse: Nisi tu, inquit, libenter audivisses, nunquam ille mihi convitium fecisset.

Ἄλλος τὶς τῶν σοφῶν ἀκέων ὑπό τινων βλασφημεῖσθαι, ὐδὲν, ἔφη, πράττων ἄξιον τῆς βλασφημίας τῶν ψευδῶν οὐδὲν φροντίζω.

Alius quidam homo sapiens, audiens sibi quosdam maledixisse, dixit, Ego cum nihil faciam dignum, propter quod contumelia afficiar, mendacia nihil curo.

Locus LXIII.

DE PUDICITIA, CASTITATE, Pudore.

Ἱέρων λοιδορηθεὶς ὑπό τινος εἰς τὴν δυσωδίαν τῦ σώματος, ᾐτιᾶτο τὴν αὐτῦ γυναῖκα, μηδέποτε περὶ τύτυ φράσασαν. ἡ δ' εἶπεν, Ὤμην γὰρ τοιῦτον ἅπαντας τὺς ἄνδρας ὄζειν. Κάλλιστος τῆς ἁγνείας ἔλεγχος γυναικὸς, τῆς ὐδενὸς ἀνδρὸς ὕτω πλησίον γενομένης, ὥστε τῆς τῦ στόματος ὀδμῆς αἰσθάνεσθαι, πλὴν ἑνὸς ἀνδρός.

Hieroni quidam exprobrabat oris graveolentiam. At ille cum uxore expostulabat, quod id sibi nunquam indicasset: Tum illa, Putabam inquit, viros omnes ad eundem olere modum. Eximium pudicitiæ argumentum, quæ nulli viro tam vicina fuerit, ut oris halitum sentire posset, præterquam uni marito.

Ὁ αὐτὸς Ἐπίχαρμον τὸν κωμῳδοποιὸν, ὅτι τῆς γυναικὸς αὐτῦ παρύσης εἶπέ τι τῶν ἀπρεπῶν, ἐζημίωσε.

Idem Epicharmo Comico poetæ, quod præsente ipsius uxore dixisset quiddam inhonestum, dixit mulctam.

Λάκαινα τὶς προπέμ-

ψεν εἰ φθορᾷ συνεπινδύει, ἡ δ' ἔφη, Παῖς μὲν οὖσα ἔμαθον τῷ πατρὶ πείθεσθαι, καὶ τοῦτο ἔπραξα· γυνὴ δὲ γινομένη, τῷ ἀνδρί. εἰ οὖν δίκαια μὲ παρακαλεῖ, τούτῳ φανερὸν ποιησάτω πρότερον.

Quidam Lacænam fœminam misso nuntio solicitavit, num assentiretur, ut ipsi sui faceret copiam. Cui illa respondit: Cum essem puella, patri obedire didici, idque feci: mulier autem facta, viro. Itaque si me invitat ad honesta, marito meo rem aperiat.

Παρθένος πενιχρὰ ἐρωτηθεῖσα, τίνα δίδωσι τῷ γαμοῦντι προῖκα. Τὴν πάτριον εἶπε, σωφροσύνην. συγγενῶς ὁμολογοῦσα, τὴν πρὸς τὸν γάμον βόπους αἱ διαφθόρους φέρουσαν παρθένον ἐξαρκούντως πληρεῖν.

Virgo quædam paupercula roganti, quam dotem sponso allatura esset: Pudicitiam, inquit, a majoribus traditam. Generose professa est, eam esse pulchre dotatam, quæ mores incorruptos adferret ad nuptias.

Ὁ τὴν ἑαυτοῦ γαστέρα θεραπεύων (ἔφη τις τῶν παλαιῶν) καὶ πνεῦμα τῆς πορνείας νικῆσαι θέλων, ὅμοιός ἐστι τῷ μετ' ἐλαίου σβεννύοντι ἐμπρησμόν.

Qui ventri deditus (ut quidam ex veteribus dixit) spiritum fornicationis superare conatur, similis est homini, incendium oleo restinguenti.

Φαῦλον κἂν μόνος ᾖς, μήτε λέξῃς, μήτ' ἐργάσῃ· μάθε δὲ πολὺ μᾶλλον τῶν ἄλλων αἰσχύνεσθαι· ἔφη Μουσώνιος.

Malum, etiamsi solus fueris neque dixeris, neque feceris. Disce autem teipsum multo magis quam alios revereri: dixit Musonius.

Ἅμα μὲν χιτῶνι ἐκδυομένῳ ἐκδύεται καὶ τὴν αἰδῶ

αἰδῶ γυνή· ἔλεγεν Ἡρόδοτος.

Mulier simul cum veste pudorem etiam exuit: dixit Herodotus.

Locus LXIV.

DE PAUPERTATE.

Ἀπολλώνιος ἔλεγεν, οὐ τὸ πένεσθαι κατὰ φύσιν αἰσχρὸν, ἀλλὰ τὸ δι' αἰσχρὰν αἰτίαν πένεσθαι, ὄνειδος.

Apollonius dixit, Paupertatem non turpem esse secundum naturam, turpi vero de caussa paupertate premi, dedecus esse, & infamiam inurere.

Ἐπίκτητος ἔλεγεν· Ὥσπερ ἐπὶ σμικροῦ σκίμποδος θλιβόμενον ὑγιαίνειν ἄμεινον, ἢ ἐπὶ πλατείας κλίνης κυλινδούμενον νοσεῖν· οὕτω καὶ ἐν μικρᾷ περιουσίᾳ βέλτιον συστελλόμενον εὐθυμεῖν, ἢ ἐν μεγάλῃ τυγχάνοντα δυσθυμεῖν.

Epictetus dixit: Quemadmodum in parvo humilique grabato anguste cubare hominem sanum melius est, quam in amplo lecto se volutantem ægrotare: Sic & in exigua fortuna melius est sese contrahentem læto animo esse, quam in magna fortuna tristem. ¶ Sic & Pythagoras dixit: ζῆν κρεῖττον ἐστὶ ἐπὶ στιβάδος κατακείμενον, καὶ θαρρεῖν, ἢ ταράττεσθαι χρυσῆν ἔχοντα κλίνην. Melius est humi cubantem vivere, & bono animo esse, quam perturbatũ in aureo lecto.

Κάτων ἔφη, κρεῖσσον καλῶς πένεσθαι μᾶλλον, ἢ πλουτεῖν κακῶς, τὸ μὲν γὰρ ἔλεον, τὸ δὲ ἐπιτίμησιν φέρειν.

Cato dicere solitus est, Honestã paupertatem præstare improbis divitiis. Hoc enim commiserationis, illud opprobrii caussam esse.

Κλεάνθης ὁ φιλόσοφος

-προκρίνων ἑαυτοῦ βίον τοῦ τῶν πλουσίων, ἔλεγεν, ἐν ᾧ σφαιρίζουσιν ἐκεῖνοι, τὴν σκληρὰν καὶ ἄκαρπον ἐργάζεσθαι σκάπτων.

Cleanthes Philosophus suam vitam divitum vitæ solebat præferre, hoc nomine, dum illi, inquit, pila ludunt, ego durum humum exerceo.

Α᾽ισχίνης γῆρας καὶ πενίαν εἶπε, μέγιστα τῶν ἐν ἀνθρώποις κακὰ εἶναι.

Æſchines dixit, Senectutem & paupertatem, graviſſima in rebus humanis mala eſſe. Congruit cum dicto Chriſoſtomi: γῆρας καὶ πενία δύο πράγματα δυσθεράπευτα: Senectus & paupertas, duæ res ſunt curatu difficiles.

Διογένης ἐρωτηθεὶς τί ἄθλιον ἐν βίῳ, ἔφη, Γέρων ἄπορος.

Diogenes interrogatus, quid in vita miſerum eſſet, Senex, inquit, egenus.

Δημόκριτος ἀκούων τινὸς τὴν ἀπορίαν ἑαυτοῦ μεμφομένου, ἔφη· Ἢν μὴ πολλῶν ἐπιθυμῇς, τὰ ὀλίγα πολλά σοι δόξει. μικρὰ γὰρ ὄρεξις πενίαν ἰσοσθενῆ πλούτου ποιήσει.

Democritus, audiens quendam de paupertate ſua conquerentem dixit: Si non multa deſideres, pauca tibi multa videbuntur. Deſiderium enim contractum, paupertatem divitiis æquipollentem efficiet.

Ἡ πενία πολλῶν ἐστὶν ἐνδεής, ἡ δὲ ἀπληστία πάντων, ἔφη, Ἀριστοτέλης.

Ariſtoteles dicere ſolebat: Paupertatem multis rebus, inexplebilem autem cupiditatem omnibus indigere.

Α᾽ριστοτέλης ἔλεγεν, οὐχ οὕτω τοὺς πλουτοῦντας, ὡς τοὺς πένητας, τοὺς ἀτυχοῦντας οἰκτείρειν εἰωθέναι.

Ariſtoteles dixit, Divites non ſimiliter miſereri ſolere infelicium, ut pauperes.

Ἢν μὴ πολλῶν ἐπιθυμήσῃς,

μήσης, τὰ ὀλίγα σοι πολλὰ δόξει. ἔφη Δημόκειτος.

Nisi multa desideres, pauca tibi multa videbuntur: dixit Democritus.

Ὁ αὐτὸς εἶπε· Σμικρὰ ὄρεξις πενίαν ἰσοσθενέα πλούτῳ ποιεῖ.

Idem dixit: Pauca appetere, facit ut paupertas divitiis æquipolleat.

Σέξτος ἔφησε, πενίαν φέρειν, οὐ παντὸς, ἀλλ' ἀνδρὸς σοφοῦ.

Sextus dicebat, Paupertatem ferre, non cujusvis esse, sed viri sapientis.

Δημόκειτος ἔλεγε, Τὰ μέγιστα τῶν κακῶν τοὺς πένητας ἐκφυγεῖν, ἐπιβουλὴν, φθόνον, καὶ μῖσος, οἷς οἱ πλούσιοι καθ' ἡμέραν συνοικοῦσι.

Democritus dicere solebat, Pauperes maximis malis non infestari ut insidiis, invidia & odio, quibus divites expositi sunt quotidie.

Ἀριστείδης ὁ δίκαιος ὀνειδιζόμενος ἐπὶ πενίᾳ ὑπό τινος πλουσίου, εἶπεν, Ἐμοὶ μὲν ἡ πενία οὐδὲν ἐπιφέρει κακόν, σοὶ δὲ ὁ πλοῦτος ταραχὰς οὐκ ὀλίγας.

Aristides ille justus, cum dives quidam ei paupertatem objiceret, dixit: Mihi quidem nihil mali adferet paupertas: tibi vero divitiæ non paucas pariunt perturbationes.

Locus LXV.

DE PATRIA, PIETATE IN Patriam.

Γναῖος Πομπήϊος ἰσχυρᾶς σιτοδείας Ῥώμῃ γινομένης, ἀποδειχθεὶς λόγῳ μὲν ἀγορᾶς ἐπιμελητὴς, ἔργῳ δὲ γῆς καὶ θαλάσσης κύριος, ἔπλευσεν εἰς Λιβύην καὶ Σαρδόνα καὶ Σικελίαν. καὶ πολὺν ἀθροίσας σῖτον, ἔσπευδεν εἰς τὴν Ῥώμην. μεγάλου

δὲ τοῦ χειμῶνος γινομένου, τῶν κυβερνητῶν ὀκνούντων, πρῶτος ἐμβὰς, καὶ τὴν ἄγκυραν ἆραι κελεύσας, ἀνεβόησε, Πλεῖν ἀναγκάζη, ζῆν οὐκ ἀναγκάζη. ἐπιδείξας πλείονα ἐπιμέλειαν τῆς πατρίδος κινδυνευούσης, ἢ τῆς ἰδίας σωτηρίας ποιεῖσθαι δεῖν.

Cum ingens rei frumentariæ Romæ esset penuria, Pompeius titulo quidem annonæ procurator, re autem vera maris terræque dominus declaratus, in Africam, Sardiniam, ac Siciliam navigavit, multaque frumenti vi collecta, Romam properabat: verum cum oborta tempestas naucleros a navigando deterreret, ipse primus navem ingressus, jussit anchoram tolli clamans, navigemus, urget necessitas, ut vivamus, non urget. Significans patriæ periclitantis potius habendam rationem, quam privatæ incolumitatis.

Λακαινά τις ἐκπέμψασα τοὺς υἱοὺς αὐτῆς πέντε ὄντας ἐπὶ πόλεμον, ἐν τοῖς προαστείοις εἱστήκει παραδοκοῦσα τί ἐκ τῆς μάχης ἀποβήσοιτο· ὡς δὲ παραγινόμενός τις πυνθομένης ἀπήγγειλε τοὺς παῖδας ἅπαντας τετελευτηκέναι. Ἀλλ' οὐ τοῦτο ἐπυνθόμην, εἶπε, κακὸν ἀνδράποδον, ἀλλὰ τί πράσσει ἡ πατρίς· φήσαντος δὲ ὅτι νικᾷ, Ἀσμένη τοίνυν, εἶπε, δέχομαι καὶ τὸν παίδων θάνατον.

Lacæna quædam, cum quinque filios emisisset in bellum, staretque ante suburbium expectans belli exitum: Accessit quispiam nuntians, filios ejus omnes occubuisse. Non istud, inquit percontabar, ignavum mancipium, sed quid ageret patria. Is vero cum adderet, A patria stetisse victoriam, libenter igitur, inquit, accipio liberorum interitum.

Ἀναξαγόρας πρὸς τὸν εἰπόντα, Οὐδέν σοι μέλει τῆς πατρίδος, Εὐφήμει, ἔφη, ἐμοὶ γὰρ καὶ σφόδρα μέλει τῆς πατρίδος, δείξας τὸν οὐρανόν.

Anax-

Anaxagoras cuidam se ita compellanti, Nullane tibi patriæ cura est? dixit, Mihi vero patria curæ, & quidem summæ est, digitum in cœlum intendens.

Ἰσοκράτης ἔλεγε, τῆς πατρίδος δίκαιον εἶναι τοσαύτην ἡμᾶς ποιεῖσθαι πρόνοιαν, ὅσην περὶ τῶν γονέων τῶν ἡμετέρων.

Isocrates dixit, Patriæ tantam rationem habendam esse, quantam parentum nostrorum.

Πολυκρατίδας πρεσβεύων πρὸς τοὺς τοῦ βασιλέως στρατηγοὺς μετ' ἑτέρων, ἐρομένων αὐτῶν, πότερον ἰδίᾳ πάρεισιν, ἢ δημοσίᾳ ἐπέμφθησαν, Αἴκε τύχωμεν, δημοσίᾳ, εἶπεν, εἰ δὲ μὴ, ἰδίᾳ: φωνὴ εὐσεβὴς εἰς τὴν πατρίδα. εἰ γὰρ τὰ τῆς πρεσβείας ἂν ἐντυχεῖτο, ἤθελε τὴν δόξαν τῇ πόλει ἀπονέμειν· εἰ δὲ μὴ, ἤθελε τὴν πατρίδα τὴν ἀτιμίαν τῆς ἀποχειροτονίας οὐ φέρειν.

Polycratidas, cum ceteris legatis missus ad duces regios, cum ab his interrogaretur, utrum privatim venissent, an publice missi, Si impetramus, inquit, publice venimus: sin minus, privatim. Vox pia in patriam. Si enim cessisset ex sententia legatio, gloriam volebat reipubl. cedere: sin minus, ignominiam repulsæ ad patriam non pertinere.

Ἕκαστος ἡμῶν, ἔφη, Πλάτων, οὐχ αὑτῷ μόνον γέγονεν, ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ μέν τι ἡ πατρὶς μερίζεται, τὸ δὲ τοὶ οἱ γεννήσαντες, τὸ δὲ οἱ λοιποὶ φίλοι.

Non nobis solum nati sumus, inquit Plato, sed ortus nostri partim sibi patria vendicat, partim parentes, partim amici.

Τεσσάρων παίδων ἀῤῥένων Παύλῳ Αἰμιλίῳ γεγονότων, δύο μὲν πρότερον ἐτύγχανεν ἐκδεδωκὼς ἑτέροις θέσθαι. δυοῖν δὲ ὄντων ἐπὶ τῆς οἰκίας, ὁ μὲν ἡμέρας πέντε πρὸ τοῦ θριάμβου, τεσσαρεσκαιδέκατος γε-

γονὼς ἔτη, ἀπέθανεν, ὁ δ᾽ ὕστερον πέντε τῷ θριάμβῳ, δωδεκαετής. προσελθὼν δὲ τῷ δήμῳ συναλγοῦντος αὐτῷ καὶ συμπενθοῦντος, Νῦν, ἔφη, περὶ τῆς πατρίδος ἀδεὴς γεγονέναι καὶ ἀκίνδυνος, ὁπότε τὴν εὐτυχημάτων τὴν νέμεσιν εἰς τὸν οἶκον ἀπερεισαμένης τῆς τύχης, ὑπὲρ πάντων αὐτὸς ἀναδέδεκται.

Paulus Æmylius ex quatuor liberis masculis, quos susceperat, duos antea dederat in adoptionem. Ex duobus autem, qui remanserant in familia, alter quinque ante triumphum diebus interiit, annos natus quatuordecim: alter quinto post actum triumphum die annos natus duodecim. Ob id populo luctum ac mœrorem cum illo jungente, ipse prodiens ad multitudinem, dixit, se post tantos rerum successus aliquid mali a fortuna expectasset, se vero nunc de patriæ incolumitate securum esse factum, nihilque temere periculi, posteaquam fortuna prospera gestarum rerum invidiam in suam domum impingente, ipse vero pro omnibus dependisset.

Ἐπεὶ μὲν ἑλὼν Πραίνεστον, ὁ Σύλλας ἔμελλε τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἀποσφάττειν, ἕνα δὲ ἐκείνων ἠφίει διὰ τὴν ξενίαν, ὁ δ᾽ εἰπὼν, ὡς οὐ βούλεται σωτηρίας χάριν εἰδέναι τῷ φονεῖ τῆς πατρίδος, ἀνέμιξεν ἑαυτὸν καὶ συγκατεκόπη τοῖς πολίταις.

Cum Sylla oppidum Præneste armis cepisset, decrevissetque quicquid erat civium trucidare, hospitem suum jussit excipi: hoc beneficio compensare volens hospitii communicati gratiam. At ille contra. Nolo, inquit, patriæ meæ exstinctori debere vitam; simulque turbæ civium sese admiscuit, & cum illis trucidatus est.

Locus LXVI.

DE DOCILITATE.

Οὐκ ἤχθετο [ὡς ἔφη Πλάτων ὁ δῖος] Σωκρά-

Σωκράτης μανθάνειν, ἀλλ' ἐπυνθάνετο, καὶ ἠρώτα, καὶ πολλὴν χάριν εἶχεν τῷ ἀποκρινομένῳ.

Non pudebat (ut Plato ille divinus dixit) Socratẽ discere, sed alios audiebat & interrogabat, & magnam gratiam habebat respondenti.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγε, τὸν μανθάνειν βουλόμενον δεῖν εἶναι φιλομαθῆ, φιλήκοον, καὶ ζητητικόν.

Idem dicebat, Oportere discipulum esse cupidum discendi, audiendi, & interrogandi.

Σόλων ἠξίου μανθάνειν ἕωσπερ ἂν ζῇ.

Solon existimabat tamdiu discendum esse, quamdiu vivitur. ¶ Ἐγήρασκον δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος. Senescebat autem quotidie multa addiscens. ¶ Quod Cicero de eo sic retulit in libello de Senectute: Solon gloriari solebat, se aliquid quotidie addiscentem senem fieri.

Σωκράτης πολλάκις λέγειν εἰώθει· Ἓν τοῦτο θαυμάσιον ἔχω ἀγαθόν, ὅ με σώζει. οὐ γὰρ αἰσχύνομαι μανθάνειν, ἀλλ' πυνθάνομαι, καὶ ἐρωτῶ, καὶ χάριν πολλὴν ἔχω τῷ ἀποκρινομένῳ, καὶ οὐδένα πώποτε ἀπεστέρησα χάριτος. οὐ γὰρ πώποτε ἔξαρνος ἐγενόμην μαθών τι, ἐμαυτοῦ ποιούμενος τὸ μάθημα εἶναι ὡς εὕρημα, ἀλλ' ἐγκωμιάζω τὸν διδάξαντά με, ὡς σοφὸν ὄντα.

Socrates sæpe dicere solitus est: unum hoc admirandum bonum habeo, quod mihi saluti est. Non enim pudet me discere sed audio, & interrogo: & magnam gratiam habeo respondenti, nec ullum unquam debita gratia privavi. Nunquam enim nego me didicisse: nec mihi tribuo doctrinam velut a me inventam, sed laudibus celebro præceptorem, a quo illa didici, & prædico eum sapientem esse.

Δημοσθένης ἔλεγεν· Οὐκ αἰσχύνομαι εἰπών, ὅτι πολλὰ μαθεῖν αὐτὸς ἔτι δέομαι.

Demosthenes dicere solitus est: Non me fateri pudet, ipsi mihi adhuc multa discenda esse.

Οὐ θέμις ἐστὶ τῷ ὀρθῶς λέγοντι μὴ συγχωρεῖν. ἔφη Πλάτων.

Nefas est vera & recta dicenti non assentiri: dixit Plato.

Γρηγόριος Νύσσης λέγειν εἰώθει· Βουλοίμην ἂν ἐγὼ τῶν ἀγαθῶν τι λεγόντων ἀκούειν μᾶλλον, ἢ λέγειν αὐτός.

Gregorius Nyssenus dicere solebat: Malim ego audire dicentes aliquid boni, quam ipse dicere.

Ἐπαινεῖται καὶ τό. κἂν τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ σορῷ ἔχω, προσμαθεῖν τι βουλοίμην.

Laudatur & hoc dictum: Quod si alterum pedem in sepulchro haberem, tamen aliquid addiscere vellem.

Θεόκριτος εἶπε, Βέλτιον ὀψιμαθῆ καλεῖσθαι, ἢ ἀμαθῆ.

Theocritus dixit: Melius esse sero, vel provecta ætate aliquid discere, quam rudem & indoctum nominari.

Χρυσόστομος ἔφη· Οὐκ τὸ μαθεῖν ἔγκλημα, ἀλλὰ τὸ ἀγνοεῖν, κατηγορίαν εἶναι.

Chrysostomus dixit: Discere, non est vitiosum, sed ignorare, culpandum esse.

Σωκράτης ἐν γήρᾳ κιθαρίζων, παραχρύων ἐτύγχανε· καί τινος εἰπόντος, κιθαρίζεις τηλικοῦτος ὤν; κρεῖττον, εἶπεν, ὀψιμαθῆ εἶναι, ἢ ἀμαθῆ.

Socrati in senectute citharam pulsanti & aberranti, dixit quidam: Tune adeo senex cithara ludis? respondit Socrates, Atqui præstat sero, quam nunquam discere.

Locus

Locus LXVII.

DE BREVITATE.

Ἐκκλησίας γινομένης, πρὸς τὸν εἰπόντα, Σκεπτομένῳ ὦ Φωκίων ἔοικας, Ὀρθῶς, ἔφη, τοπάζεις· σκέπτομαι γὰρ εἴ τι δύναμαι περιελεῖν ὧν μέλλω λέγειν πρὸς Ἀθηναίους· ἄλλοι μὲν σπουδάζουσι πλεῖστα λέγειν, ἵνα συμπεριφορεῖ ἐν λόγοις εἶναι δόξωσι· τούτῳ δὲ τὰ ἐναντία μεμέληκε, δηλαδὴ ὅπως τὰ πρὸς ἔπος βραχεῖ λόγῳ περιλάβῃ.

Cum in concione quidam dixiſſet, Videris cogitabundus o Phocion, Recte, inquit ille, conjectas. Cogito enim ſi quid queam detrahere his quæ dicturus ſum ad Athenienſes. Alii ſoliciti ſunt, ut quamplurima dicant, quo videantur diſerti: illi diverſa erat cura, nimirum ut quæ ad rem faciebant, verbis quam pauciſſimis complecteretur.

Πλάτων Ἀντισθένους πολὺ μακρολογήσαντος, ἀγνοεῖς, ἔφη, ὅτι τοῦ λόγου μέτρον ἐστὶν οὐχ ὁ λέγων, ἀλλ᾽ ὁ ἀκούων.

Plato cum Antiſthenes aliquando longam orationem habuiſſet, Ignoras, inquit, quod dicendi modus non penes loquentem, ſed penes audientem ſit.

Δημοσθένης εἶπε, τῇ τῶν ἀκουόντων εὐνοίᾳ μετρίως χρηστέον εἶναι.

Demoſthenes dicebat, Benignitate auditorũ non abutendum eſſe.

Γρηγόρ. Ναζιαν. ἔλεγε· φαινομένων ἔργων, περιττὸν εἶναι μακρολογίαν.

Nazianzenus dixit: Ubi res ipſæ compareant, ſupervacaneam eſſe longam orationem.

Εὐώνυμον ἐς δίκαν τρία ἔπεα ἐξαρκέσει, ἔφη Πίνδαρος.

Ad bonam cauſſam tria

verba

verba ſufficiunt, inquit Pindarus.

Οἱ κράτιστοι τῶν ἀνθρώπων βραχυλογώτατοι, ὡς Ἀπολλώνιος εἶπεν.

Optimi homines in dicendo breviſſimi ſunt, ut Apollonius dixit.

Locus LXVIII.

DE CURA PRÆPOSTERA, PRÆpoſtero ſtudio.

Διογένει σπουδαιολογουμένῳ ποτὲ ὡς οὐδεὶς προσῄει, ἐπίβαλε τερετίζειν· ἀθροισθέντων δὲ ὠνείδισεν, ὡς ἐπὶ τοὺς φλυνάφους ἀφικνουμένων σπουδαίως, ἐπὶ δὲ τὰ σπουδαῖα βραδυνόντων ὀλιγώρως.

Cum aliquando Diogenes de re ſeria diſſerens, nullum haberet auſcultatorem attendentem, cœpit ineptam cantionem canere, ad quam cum plurimi concurriſſent, objurgavit illos, quod ad ſtulta & inepta frequentes accurrerent, ad ſeria vero & utilia nec alacrirer convenirent, nec diligenter auſcultarent.

Λέγειν ποτὲ Δημοσθένης κωλυόμενος ὑπὸ Ἀθηναίων ἐν ἐκκλησίᾳ, βραχὺ ἔφη, βούλεσθαι πρὸς αὐτοὺς εἰπεῖν, τῶν δὲ σιωπησάντων· νεανίας εἶπεν θέρους ὥρᾳ ἐμισθώσατο ἐξ ἄστεος ὄνον μεγάραδε. μεσούσης δὲ τῆς ἡμέρας καὶ σφοδρῶς φλέγοντος τοῦ ἡλίου, ἑκάτερος αὐτῶν ἐβούλετο ὑποδύεσθαι ὑπὸ τὴν σκιάν· εἶργον δὲ ἀλλήλους, ὁ μὲν μεμισθωκέναι τὸν ὄνον, οὐ τὴν σκιὰν λέγων, ὁ δὲ μεμισθωμένος, τὴν πᾶσαν ἔχειν ἐξουσίαν. καὶ ταῦτα εἰπὼν ἀπῄει. τῶν δὲ Ἀθηναίων ἐπισχόντων, καὶ δεομένων πέρας ἐπιθεῖναι, εἶτ', ὑπὲρ μὲν ὄνου σκιᾶς βούλεσθε ἀκούειν, λέγοντος δὲ ὑπὲρ σπουδαίων πραγμάτων οὐ βούλεσθε.

Cum Demoſtheni in concione dicenti obſtreperent Athenienſes, ait ſe breviter-

viter illis velle quiddam narrare. At silentio facto: Adolescens, inquit, æstatis tempore asinum mercede conduxerat, ut eo ab urbe, Megaram proficiscens, uteretur. Porro meridie, cum sol acriter æstuaret, uterque cupiebat sub umbra asini sedere. Verum alter alterum arcebat, cum hic diceret asinũ conductum esse, non umbram: Rursus alter, qui conduxerat, se plenum habere jus respondet. Atque hæc locutus, discedere parabat. Retinentibus autem cum Atheniensibus, utque reliquã fabulæ partem adderet, orantibus: Itane, inquit, de asini umbra audire cupitis, de rebus seriis loquentem auscultare non vultis?

Διογένης ἐθαύμαζε τοὺς μουσικοὺς τὰς μὲν ἐν τῇ λύρᾳ χορδὰς ἁρμόττεσθαι, ἀνάρμοστα δ' ἔχειν τῆς ψυχῆς τὰ ἤθη.

Diogenes musicos admirabatur, quod in cythara diligenter aptarent chordas ad concentus, mores autẽ haberẽt inconcinnos.

Τοὺς μαθηματικοὺς ἐθαύμαζεν, ἀποβλέπειν μὲν πρὸς τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, τὰ δὲ ἐν ποσὶ πράγματα παρορᾷ. Τοὺς ῥήτορας δὲ τὰ δίκαια μὲν ἐσπουδακέναι λέγειν, πράττειν δὲ οὐδαμῶς.

Reprehendebat & mathematicos, quod solem & lunam intuerentur, non videntes ea, quæ essent ante pedes. Oratores etiam carpebat, quod studerent justa dicere, sed eadem facere negligerent.

Σωκράτης ἔλεγε θαυμάζειν τῶν τὰς λιθίνους εἰκόνας κατασκευαζομένων, τοῦ μὲν λίθου προνοεῖν, ὡς ὁμοιότατος ἔσται, αὑτῶν δὲ ἀμελεῖν, ὡς μὴ ὁμοίους τῷ λίθῳ φαίνεσθαι.

Socrates dicebat se mirari, quod cum statuarum artifices in hoc summo studio incumberent, ut lapis quam similimus homini redderetur, non pariter hoc curarent, ne ipsi lapidibus similes viderentur.

Locus

Locus LXIX.

DE LAUDE.

Σοφῷ τινὶ τῶν κολάκων τινὲς ἐμακάριζον, ὁ δὲ φησι πρὸς αὐτούς· εἰ μὲν τοῦ ἐπαινεῖν με παύσησθε, ἐκ τῆς ὑμῶν ἀποχωρήσεως μέγα εἶναι ἐμαυτὸν νενόμικα· εἰ δὲ ἐπαινοῦντες οὐ παύσεσθε, ἐκ τοῦ ὑμῶν ἐπαίνου τὴν ἐμαυτοῦ ἀκαθαρσίαν στοχάζομαι.

Assentatores quidam beatum prædicabant sapientem quendam : ille vero dicebat ad eos ; Si me laudare destiteritis , ex discessu vestro magnum aliquem meipsum cogitabo : Si vero laudare non desinitis , ex laude vestra meam impuritatem conjicio.

Κλήμης ἔφη, Ἐπίπλαστον ἔπαινον, ἀληθοῦς ψόγου ἀτιμότερον εἶναι.

Clemens dicebat, Laudem fictam reprehensione vera pejorem esse.

Ὁ αὐτὸς εἶπε, Θηρᾶν τοῖς μὲν κυσὶ τοὺς λαγωοὺς τοὺς κυνηγοὺς, τοῖς δ' ἐπαίνοις τοὺς ἀνοήτους τοὺς πολλούς.

Idem dicebat , Venatatores canibus venari lepores, stultos autem plerosque capere laudibus.

Ἀνταγένης ἔφη, Ὅταν ἐπαινῶσί με πολλοὶ, τότε νομίζω μηδενὸς ἄξιος εἶναι· ὅταν δ' ὀλίγοι, σπουδαῖος ἄνθρωπος.

Antagenes dixit , cum multi me laudant , tum nullius pretii meipsum existimo : cum vero pauci, bonum & egregium hominem.

Ὁ αὐτὸς εἶπε, Ζῶν μὲν, ἐπαινοῦ· ἀποθανὼν δὲ μακαρίζου.

Idem dixit, operam da, ut vivus laudibilis, mortuus autem beatus judiceris.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγεν, Ἴσην ἁμαρτίαν καὶ ἀμαθίαν εἶναι, μέμφεσθαί τε τὰ ἐπαινετὰ, καὶ ἐπαινεῖν τὰ μωμητά.

Idem dicebat , Æque vitiosum & stolidum esse, vitu-

vituperare laudanda, & laudare vituperanda.

Ἀγησίλαος ἐρωτηθεὶς, πῶς ἄν τις μάλιστα παρ' ἀνθρώποις εὐδοκιμοίη, Εἰ λέγοι, εἶπε, τὰ ἄριστα, πράττοι δὲ τὰ κάλλιστα.

Agesilaus interrogatus, qua ratione potissimũ quis assequi posset, ut apud homines honestam famam haberet: Si loquatur, inquit, quæ sunt optima, & faciat quæ sunt honestissima.

Οὕτω Σωκράτης τῷ αὐτὸ ἐρωτῶντι. Εἰ τοιοῦτος, ἔφη, εἶναι σπουδάζοις, οἷος δοκεῖν ἐθέλοις.

Sic Socrates idem percontanti, Si talis, inquit, esse studeas, qualis haberi vis.

Locus LXX.

DE ORATIONE.

Ὁσάκις Περικλῆς ἔμελλεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν παριέναι, ηὔχετο αὐτῷ μηδὲν ῥῆμα ἐκπεσεῖν τοιοῦτον, ὅπερ ἔμελλεν ἐκταράξειν τὸν δῆμον, προσάψαντες αὐτῷ ἀνθρώπων καὶ ἀβούλητον δόξαν.

Quuotiescumque Pericles prodibat in concionem verba facturus, optare solebat, ut sibi nullum ejusmodi verbum excideret, quod vel populum offenderet, vel sibi contrarium esset, vel cum ipsius voluntate pugnare videretur.

Οἰνοπίδης ὁποία ἡ φύσις τοῦ ἀνθρώπου ἐστὶ, τοιοῦτον ἔφασκεν εἶναι καὶ τὸν λόγον.

Oenopides talem dicebat sermonem esse hominis, qualis ejus natura esset.

Ῥώμυλος τὸ μὲν κέραμον ἐκ τοῦ κόπου ἔφη δοκιμάζεσθαι, τὸν δὲ ἄνθρωπον ἐκ τοῦ λόγου.

Romulus vas fictile ictu & sono, hominem vero sermone probari dicebat.

Ὁ αὐτὸς ἔφη. Ἀνδρὸς χαρακτῆρα ἐκ λόγου γνωρίζεσθαι.

Idem.

Idem dixit, Viri characterem ex verbis ejus nosci. ¶ Συνῳδὰ ἐστὶ τούτῳ τό· Ὁ λόγος χαρακτὴρ τοῦ νόου. Congruit cum illo: Oratio est indicium mentis.

Καρνεάδης ἦν μεγαλοφωνότατος, ὥστε τὸν γυμνασίαρχον προσπέμψαι αὐτῷ, μὴ οὕτω βοᾷν· τὸν δὲ εἰπεῖν, καὶ δὸς μέτρον φωνῆς· ὅθεν εὐστόχως ἑλόντα ἀμείψασθαι φάναι γὰρ, μέτρον ἔχεις τοὺς ἀκούοντας. καὶ μὲν γὰρ πρὸς τὸν τῶν ἀκουόντων ἀριθμὸν τὴν φωνὴν προσαρμόζειν δεῖ.

Carneades admodum fuit vocalis. Itaque scholæ præfectus misit ad eum aliquem, qui diceret, ne tantopere clamaret: cui is respondit, Da mihi vocis modum: ad quod rursus eleganter gymnasiarchus: modum habes, nempe tuos auditores. Siquidem pro numero auditorum temperanda vox est.

Πλούταρχος ἔφη, μέγα πρὸς πίστιν εἶναι τὸν τόνον, καὶ τὴν ὑπόκρισιν τῶν λεγόντων.

Plutarchus dixit, ad fidem faciendam multum valere contentionem & actionem oratorum.

Ὁ αὐτὸς εἶπε πλεῖστον ἐκ τῆς ὑποκρίσεως τῷ λόγῳ κόσμου καὶ χάριτος προσγίνεσθαι.

Idem dicebat: Plurimum orationi ex actione ornamenti & gratiæ accedit.

Ἐρομένου τινὸς Δημοσθένη, τί πρῶτον ἐν ῥητορικῇ, εἶπεν, ὑπόκρισις, καὶ τί δεύτερον, ὑπόκρισις. καὶ τὸ τρίτον ὑπόκρισις.

Cum quidam Demostenem interrogaret, quid primum esset in arte dicendi, respondit, pronuntiationem: quid secundum, pronuntiationem: quid tertium, pronuntiationem. ¶ Id Cicero his verbis expressit: Demosthenem ferunt ei, qui quæsivisset, quid primum esset in dicendo, actionem: quid secundum, idem: & idem tertium respondisse. Item, Demosthenes tribuit

buit & primas, & secundas, & tertias actioni. Item actio in dicendo una dominatur.

Χρυσόστομος ἔφη, αἰσχρολογίαν εἶναι ὄχημα τῆς πορνείας. τοὺς γὰρ λόγους, τῶν πραγμάτων εἶναι ὁδούς.

Chrysostomus dixit, Turpem sermonem esse vehiculū scortatiōis. Nam orationem esse viam ducentem ad rem.

Οὔτε βαλανείου, φησὶν ὁ Ἀρίστων, οὔτε λόγου μὴ καθαίροντος, ὄφελός ἐστιν.

Neque balnei, dixit Ariston, ullam esse utilitatem, neque orationis, unde non prodeas purior.

Τὰ ὦτά σου (ἔφη Μοσχίων) μὴ πᾶσιν ὕπεχε λόγοις. λόγος γὰρ κακὸς, κακῶν ἔργων ἐστὶν ἡγεμών.

Aures tuas (dixit Moschion) non cuivis sermoni præbeas: Malus enim sermo malorū operū dux est.

Ἅπας μὲν ἐστὶ λόγος μάταιος, πράξεων ἄμοιρος γινόμενος, ὡς Δημοσθένης εἶπεν.

Omnis oratio inanis est, nisi facta subsequantur, ut Demosthenes dixit.

Ὁ αὐτὸς ἔφασκεν, Ἅπας λόγος ἂν ἀπῇ τὰ ἔργα μάταιόν τι καὶ κενὸν φαίνεται.

Idem dixit: Omnis oratio, si absint facta & res, frivolum quiddam & inane habetur.

Διογένης ἰδὼν εὐπρεπῆ νεανίσκον ἀπρεπῶς λαλοῦντα, Οὐκ αἰσχύνῃ, ἔφη ἐξ ἐλεφαντίνου κολεοῦ μολιβδίνην ἕλκων μάχαιραν.

Diogenes videns decorum adolescentem indecore loquentem, Non erubescis, inquit, ex eburnea vagina plumbeum educere gladium?

Locus LXXI.

DE PROMISSIONE, Promisso, Pactione, Fœderibus.

Φαμένου

Φαμένου τινὸς πρὸς Ἀγησίλαον, Ὡμολόγηκας· καὶ πολλάκις τὸ αὐτὸ λέγοντος, Ναὶ δῆτα, εἰ δ' ἐστὶ δίκαιον (ἔφη) εἰ δὲ μὴ, ἔλεξα μὲν, ὡμολόγησα δὲ οὔ. ἐπιφέροντος δὴ, Ἀλλὰ μὴν δεῖ τοὺς βασιλεῖς ἐπιτελεῖν ὅ, τι κεν κεφαλῇ κατανεύσωσιν, Οὐ μᾶλλον (ἔφη) τοὺς προσιόντας τοῖς βασιλεῦσιν αἰτεῖσθαι δεῖ τὰ δίκαια καὶ λέγειν, στοχαζομένους τε τοῦ καιροῦ καὶ τοῦ ἁρμόζοντος τοῖς βασιλεῦσι.

Cum quidam urgeret Agesilaum postulando, diceretque ei, Promisisti, atque sæpius idem repeteret, Recte sane, inquit, si quidem justum est, quod petis, promisi: sin minus, dixi, non promisi. Ille vero cum nondum faceret flagitandi finem, sed subjiceret: Atqui docet reges præstare quicquid vel capite annuerint: Nihilo magis, inquit, quam eos qui reges adeunt, decet ea petere & loqui, quæ justa sunt, spectantes simul & opportunitatem, & quid regibus conveniat decorumque sit.

Δημόκριτος εἶπε, Μικρὰ διδόναι βούλου μᾶλλον ἢ μεγάλα ἐγγυᾶν.

Democritus dicebat, Parva potius largire, quam ut magna promittas.

Φωκίων ἔφη. Πρᾶττε μεγάλα, μὴ ὑπισχνούμενος μεγάλα.

Phocion dixit: Fac magna, sed non promitte magna.

Ὁ νόμος κελεύει κυρίας εἶναι τὰς πρὸς ἀλλήλους ὁμολογίας, ἃς ἂν ἀντίον μαρτύρων ποιήσαντο, ἔφη Δημοσθένης.

Lex jubet ratas esse pactiones, testibus præsentibus factas dixit Demosthenes.

Ὁ αὐτὸς εἶπεν. Ὁ νόμος κελεύει κύρια εἶναι, ὅ τι ἂν ἕτερος ἑτέρῳ ὁμολογήσῃ.

Idem dixit: Lex jubet ea rata esse, quæ alius cum alio pegerit.

Ἰσοκράτης ἔλεγε. Μεγίστην ἡγοῦμαι συμαχίαν εἶναι καὶ

καὶ βεβαιοτάτην, τὸ τὰ δίκαια πράττειν. εἰκὸς γὰρ καὶ τὴν θεῶν εὔνοιαν εἶναι μετὰ τοιούτων.

Isocrates dixit: Maximum & firmissimum fœdus est, justa facere. Consentaneum enim est, justa facientibus etiam Deum bene velle, & confœderatum esse.

Locus LXXII.

DE POENIS SCELERUM, IMPUNITATE.

ΚΑ'των ὁ πρεσβύτερος ἔφη, Βούλεσθαι μᾶλλον εὐεργετήσας μὴ κομίσασθαι χάριν, ἢ μὴ ὑποσχεῖν κόλασιν ἀδικήσας· Σημαίνων, οὐδὲν τῆς ἀδείας τῆς αἰεὶ ἐπὶ τὰ κακὰ παρακαλούσης ὀλεθριώτερον εἶναι.

Cato senior dicere solebat, se malle pro collato beneficio nullam gratiam reportare, quam pro scelere perpetrato non dare pœnam. Significans nihil esse periculosius impunitate, quæ semper ad deteriora invitat.

Παραινῶν δὲ τοὺς ἄρχοντας ἐπιτιμᾶν τοῖς ἁμαρτάνουσιν, ἔλεγε, τοὺς δυναμένους κωλύειν τοὺς κακῶς ποιοῦντας, ἐὰν μὴ κωλύωσι, καταλεύειν οἰόμενος τούτους ὅλην τὴν πόλιν κακῶς δρᾶν, ὅτι αὐ ἐπὶ τὴν τῶν ἀδικημάτων ἐξουσίαν τοὺς κακοὺς παρακαλῶσι.

Exhortans autem magistratus ad sumendas pœnas de his qui delinquerent, dicebat eos, qui maleficos prohibere possent, nec facerent, lapidandos esse: Sentiens illos de universo populo pessime mereri, quod ad scelerum licentiam invitarent improbos.

Δημοσθένης εἶπεν, Οὐδὲν εἶναι ὄφελος πόλεως, ἥτις μὴ νεῦρα ἐπὶ τοὺς ἀδικοῦντας ἔχει.

Demosthenes dicebat, Nullum esse usum civitatis, quæ non habet nervos adversus delinquentes.

Χρυ-

Χρυσόστομος ἔφη, Τοὺς πολλὰ πταίοντας καὶ μὴ κολαζομένους, φοβεῖσθαι καὶ δεδοικέναι ὀφείλειν. αὔξεσθαι γὰρ αὐτοῖς τὰ τῆς τιμωρίας διὰ τὴν μακροθυμίας τοῦ θεοῦ.

Chrysostomus dixit : Illos qui sæpe peccant, nec puniuntur, metuere sibi & vereri debere : Augeri enim ipsis supplicia per supplicii tarditatem & longanimitatem divinam.

Τὸ δίκην διδόναι μεγίστου κακοῦ, ἀπαλλαγή ἐστι πονηρίας. σωφρονίζει γὰρ καὶ δικαιοτέρους ποιεῖ, καὶ ἰατρικὴ γίνεται πονηρίας ἡ δίκη, ἔφη Πλάτων ὁ θεῖος.

Maximi criminis pœnam dare, a malitia liberari est. Facit enim modestiores justioresque homines ipsa pœna, & improbitatis medicina fit : dixit divinus ille Plato.

Ὁ αὐτὸς εἶπεν. Ἐκεῖνο γοῦν δήπου οὐδεὶς οὔτε θεῶν, οὔτ' ἀνθρώπων τολμᾷ λέγειν, ὡς οὐ τῷ γε ἀδικοῦντι οὐ δοτέον δίκην.

Idem dixit : Hoc nullus vel deorum vel hominum dicere ausit, illum qui injuriam fecerit, pœnam luere non oportere.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγεν· Ὅσοι τοὺς ἀδικοῦντας κολάζουσιν, οὗτοι τοὺς ἄλλους ἀδικεῖσθαι κωλύουσιν.

Idem dicebat, Qui puniunt injustos, ij reliquis injuriam fieri prohibent.

Ὁ αὐτὸς εἶπε· πάντας σώφρονας ἀνθρώπους, Τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι, καὶ τὸ μὴ διδόναι δίκην τοῦ διδόναι, κάκιον ἡγεῖσθαι.

Idem dicebat, Omnes sapientes existimare, injuriam facere, quam pati, & pœnas dare, quam non dare, deterius esse.

¶ Συνᾴδει τούτῳ τῷ λόγῳ καὶ τὸ Ἰουστίνου τοῦ φιλοσόφου. Ὅστις πολλῷ χρόνον ἀδικῶν ἀκόλαστος μένει, τοῦτον δεῖ νομίζειν τὸν ἀτυχέστατον.

Congruit cum hoc dicto & illud Justini Philosophi:

Qui

Qui diu injuſte agens, non punitur, hic omnium infeliciſſimus habendus eſt.

Τίς οὐκ οἶδε (ἔφη Δημοσθένης) τοῦ μὲν πολλὰ κακὰ γίγνεσθαι, τὸ μὴ κολάζεσθαι τοὺς ἐξαμαρτάνοντας αἴτιον ὄν.

Quis ignorat, (inquit Demoſthenes) quod multa mala fiant, impunitatem in cauſſa eſſe.

Ἀριστοτέλης εἶπε, Τῶν μὲν ἀξιολόγων ἁμαρτημάτων μεγάλας καὶ τὰς κολάσεις εἶναι.

Ariſtoteles dicebat, Magnis delictis, magnas etiam pœnas ſtatutas eſſe.

Πλάτων ἔφη τῷ Θεῷ ἀεὶ ξυνέπεσθαι δίκην τῶν ἀπολειπομένων τοῦ θείου νόμου τιμωρόν.

Plato dicebat, Deum ſemper comitari juſtitiam, punientem eos qui legem Dei violant.

Ἱερὰ δίκη ἀγρυπνός ἐστι ταῖς τῶν ἀσεβῶν πονηρίαις, καὶ κατὰ πόδας ἐπεξιοῦσα· ἔφη Νικηφόρος.

Divina vindicta non dormit, ſed e veſtigio ſequitur impiorum ſcelera: dixit Nicephorus.

Ἐκεῖνος (ἔλεγε Δημοσθένης) οὕτως, ὥσπερ ἦν ἄξιος, κακὸς κακῶς ἀπώλετο· ἃ τοῖς ἄλλοις ἐπεβούλευσε, ταῦτα παθὼν αὐτός.

Ille (dixit Demoſthenes) ſicuti merebatur, malus male periit: ſuis ipſa inſidiis, quas in alios ſtruxerat, oppreſſus.

Ὁ αὐτὸς εἶπε· Τοὺς πονηροτάτους, καὶ τοὺς ἐξαγίστους ὀνομαζομένους, αἵ τε ποιναὶ καὶ συμφοραὶ σωφρονίζουσι.

Idem dicebat: Improbiſſimos, & quos deploratos nominant, pœnæ & calamitates erudiunt.

Τὰ ἀδικήματα, ἕως μὲν ἂν ᾖ ἀκέραια, παρὰ τοῖς πράξασίν ἐστιν. ἐπειδὰν δὲ κρίσις γένηται, παρὰ τοῖς μὴ δικαίως

δημίοις ἐπεξελθοῦσιν, ἔφη Λυκοῦργος.

Scelera donec non deferuntur in juditium seu accusantur, hærent in auctoribus. Cum vero accusata sunt hærent in illis, qui pœnas exsecuti non sunt, hoc est, in judicibus ignavis vel προσωποληπταις; dixit Lycurgus.

Πλούταρχος λέγειν εἰώθει, Θεὸν τοῖς πονηροῖς ἐν χρόνῳ καὶ σχολαίως τὴν δίκην ἐπιθεῖναι, οὐκ αὐτόν τινα τοῦ ταχὺ κολάζειν ἁμαρτίαν δεδιότα ἢ μετάνοιαν, ἀλλ' ἡμῶν τὸ περὶ τὰς τιμωρίας θηριῶδες καὶ λάβρον ἀφαιροῦντα.

Plutarchus dicere solebat, Deum mora aliqua interposita, sceleratis hominibus pœnas infligere, non quod vereatur, ne accelerando supplicio erret, aut committat aliquid, quod postea possit pœnitere: sed ut in puniendis aliorum peccatis, sævitiam & vehementiam nobis hoc suo exemplo eximat, & ad longanimitatem nos invitet.

Πλάτων τὴν βακτηρίαν ἀνατεινάμενος τῷ παιδὶ ἡμαρτηκότι, πολὺν εἱστήκει χρόνον, ὡς αὐτὸς ἔφη, τὸν θυμὸν κολάζων.

Cum Plato sublato baculo plagam puero, qui deliquerat, intentasset, diu tacitus stetit, iram (ut ipse dicebat) puniens.

Ἀρχύτας οἰκετῶν τινὰ πλημμέλειαν ἐν ἀγρῷ καὶ ἀταξίαν καταμαθὼν, εἶτα ἑαυτοῦ συναισθανόμενος ἐμπαθέστερον ἔχοντος καὶ τραχύτερον πρὸς αὐτοὺς, οὐδὲν ἐποίησεν, ἀλλ' ἢ τοσοῦτον ἀπιών. εὐτυχεῖτε εἶπεν ὅτι ὀργίζομαι ὑμῖν. Ταῦτα τὰ παραδείγματα σαφηνίζει, οὐδὲν μέγα εἶναι, ὅ, τι μὴ καὶ πρῷον τυγχάνει ὄν.

Archyta ruri deprehensa servorum suorum negligentia ac ordinis confusione, cum sentiret se vehementius contra eos commotum esse, nihil egit, nisi quod discedens dixit, bona vestra fortuna sit, seu in commodum vestrum cedit quod iratus sum vobis. Hæc exempla ostēdūt,

Nihil

Nihil esse magnum, quod non idem sit placidum.

Σόλων ἐκείνην, εἶπεν, ἄριστα τὴν πόλιν οἰκεῖσθαι, ἐν ᾗ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας συμβαίνει τιμᾶσθαι· καὶ τὸ ἐναντίον, ἐν ᾗ τοὺς κακοὺς ἀμύνεσθαι.

Solon illam civitatem optime incoli dixit, in qua viros bonos honoribus affici: contra autem, improbos puniri, mos sit.

Θεόφραστος ἐρωτηθεὶς, τί συνέχει τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον, ἔφη· εὐεργεσία, καὶ τιμὴ, καὶ τιμωρία.

Theophrastus interrogatus, quidnam vitam humanam conservaret, dixit: Beneficentia, honor & pœna.

Ὀρθῶς τε καὶ εὐσεβῶς Χρυσόστομος ἔλεγεν· Οὔτε πάντας ἐνταῦθα ἀπαιτεῖ δίκην ὁ θεὸς, ἵνα μὴ ἀπογνῷς τὴν ἀνάστασιν, καὶ ἀπελπίσῃς τὴν κρίσιν, ὡς πάντων ἐνταῦθα διδόντων λόγον, οὔτε πάντας ἀφίησι ἀτιμώρητι ἀπελθεῖν, ἵνα μὴ πάλιν ἀπρονόητα εἶναι τὰ πάντα νομίσῃς.

Recte & pie Chrysostomus dixit: Deus in hoc mundo neque ab omnibus pœnas sumit, ne desperes resurrectionem, & animum de futuro juditio despondeas, tanquam omnibus hic in præsentia rationem reddentibus: neque omnes impune sinit abire, ne rursus omnia citra providentiam evenire putes.

Ὁ αὐτὸς εἶπεν· Ὡς βέλτιον νῦν παιδευθῆναι, καὶ καθαρισθῆναι, ἢ τῇ ἐκεῖθεν βασάνῳ παραπεμφθῆναι, ἡνίκα κρίσεως καιρὸς, ἀλλ' οὐ καθάρσεως.

Idem dixit: Quam melius est nunc castigari & perpurgari quam in illum cruciatum venire, cum judicii, & non purgationis, tempus erit.

Πύῤῥος ὁ βασιλεὺς ὁδεύων ἐνέτυχε κυνὶ φρουροῦντι

σῶμα

σῶμα πεφονευμένου, καὶ πυθόμενος τρίτην ἡμέραν ἐκεῖνον ἄσιτον παραμένειν καὶ μὴ ἀπολιπεῖν, τὸν μὲν νεκρὸν ἐκέλευσε θάψαι, τὸν δὲ κύνα μεθ' ἑαυτοῦ κομίζειν ἐπιμελουμένους· ὀλίγαις δὲ ὕστερον ἡμέραις ἐξέτασις ἦν τῶν στρατιωτῶν, καὶ πάροδος, καθημένου τοῦ βασιλέως, καὶ παρῆν ὁ κύων ἡσυχίαν ἔχων. ἐπεὶ δὲ τοὺς φονέας τοῦ δεσπότου παριόντας εἶδεν, ἐξέδραμε μετὰ φωνῆς καὶ θυμοῦ ἐπ' αὐτοὺς καὶ καθυλάκτει πολλάκις μεταστρεφόμενος εἰς τὸν Πύῤῥον ὥστε μὴ μόνον ἐκείνῳ δι' ὑποψίας, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς παροῦσι τοὺς ἀνθρώπους γενέσθαι. διὸ συλληφθέντες εὐθὺς καὶ ἀνακρινόμενοι, μικρῶν τινῶν τεκμηρίων ἔξωθεν προσγενομένων, ὁμολογήσαντες τὸν φόνον, ἐκολάσθησαν. Ταὐτὰ δὲ καὶ τὸν Ἡσιόδου κύνα τοῦ σοφοῦ δρᾶσαι λέγουσι, τοὺς φονέας ἐξελέγξαντα, ὑφ' ὧν ὁ Ἡσίοδος ἀπέθανε.

Pyrrus rex iter faciens, canem reperit, corpus hominis interfecti servantem, cumque cognovisset eum tertium jam diem impastū manere, nec a cadavere divelli, jussit exstinctum sepeliri, & canē secum adducendum curavit. Paucis post diebus, militum delectus est habitus, omnesque sedentem regem præteribant, Aderat & canis quietus interim, donec domini interfectores prætereuntes conspicatus est. In hos protinus iratus, cum clamore irruit, ac sæpius alatravit, subinde respectans Pyrrhum, adeo, ut non solum ipsi Pyrrho, sed & omnibus qui aderant, suspicio nasceretur. Proinde cum & aliæ nonnullæ conjecturæ, ita ut fit, aliunde accederent, duo comprehensi sunt, & facinus confessi, supplicio sunt affecti. Idem fecisse dicunt Hesiodi illius sapientis canem, qui interfectores domini sui prodiderit, a quibus Hesiodus erat interfectus.

Γράφει δ' ὁ Πλούταρχος τὸν πατέρα ἑαυτοῦ Ἀθήνησι σχολάζοντα ἐγνωκέναι. παραρρυεὶς γὰρ ἄνθρωπος εἰς τὸν νεὼν τοῦ Ἀσκληπιοῦ, τὰ εὔογκα τῶν ἀργυρῶν

καὶ

καὶ χρυσῶν ἔλαβεν ἀναθημάτων, καὶ λεληθέναι νομίζων, ὑπεξῆλθεν. ὁ δὲ φρουρὸς κύων, ὄνομα Κάππαρος, ἐπεὶ μηδεὶς ὑλακτοῦντι τῶν νεωκόρων ὑπήκουσεν αὐτῷ, φεύγοντα τὸν ἱερόσυλον, ἐπεδίωκε. καὶ πρῶτον μὲν βαλλόμενος λίθοις οὐκ ἀπέστη. γενομένης δὲ ἡμέρας ἐγγὺς οὐ προσιών, ἀλλ᾽ ἀπ᾽ ὀφθαλμοῦ παραφυλάττων, εἵπετο, καὶ τροφὴν προβάλλοντος, οὐκ ἔλαβεν. ἀναπαυομένου δὲ παρενυκτέρευε, καὶ βαδίζοντος, πάλιν ἐπηκολούθει ἀναστάς. τοὺς δὲ ἀπαντῶντας ὁδοιπόρους ἔσαινεν, ἐκείνῳ δὲ ἐφυλάκτει καὶ προσέκειτο, ταῦτα δὲ οἱ διώκοντες πυνθανόμενοι παρὰ τῶν ἀπαντώντων, ἅμα καὶ τὸ χρῶμα φραζόντων, καὶ μέγεθος τοῦ κυνὸς προθυμότερον ἐχρήσαντο τῇ διώξει, καὶ καταλαβόντες τὸν ἄνθρωπον, ἀνήγαγον ἀπὸ Κρομμυῶνος· ὁ δὲ κύων ἀναστρέψας προηγεῖτο γαῦρος καὶ περιχαρής, οἷον ἑαυτοῦ ποιούμενος ἄγραν καὶ θήραμα τὸν ἱερόσυλον· ἐψηφίσαντο δὲ σῖτον αὐτῷ δημοσίᾳ μετρεῖσθαι, καὶ παρεγγυᾶσθαι τοῖς ἱερεῦσιν εἰσαεὶ τὴν ἐπιμέλειαν.

Scribit autem Plutarchus, patrem suum, cum Athenis bonis literis operam daret, hoc compe-risse. Quidam irrupit in Æsculapii templum, sublatis aureiis & argenteis aliquot monumentis, clam & ignotus, ut putabat, aufugit. At canis templi custos, cui nomen Capparus, cum videret neminem æedituorum sua voce commoveri, fugientem sacrilegum est insecutus. Ac primum quidem saxis petitus, haud tamen discedebat. Exorto vero die non accedebat propius, sed procul oculis observans sectabatur, nec cibum objectum capiebat. Rursum juxta dormientem cubabat & ipse, & abeuntem ad consimilem modum insequebatur. Quod si qui viatores fuissent obvii, iis cauda abblandiebatur, in illum unum latrabat & sæviebat. Hæc cum ab aliis alii didicissent, simulque & canis figuram cognovissent, sacrilegum apprehenderunt, & ad

ſupplicium duxerunt, cane præcedente hilari jam ac geſtiente, quod maleficum eſſet venatus, unde ei cani de publico pactus decretus eſt: ejuſque rei cura ſacerdotibus mandata. Hæc exempla teſtantur, homicidas, ſacrilegos, & homines ſceleratos mirabili modo divinitus ad pœnam rapi.

Ἓν ἐπίσταμαι μέγα, ἔφη Ἀντισθένης, τὸ κακῶς δρῶντα δεινοῖς ἀνταμείβεσθαι κακοῖς.

Unum ſcio, & illud quidem magnum, (dixit Antiſthenes) malefacta malefactori graviſſimis compenſatum iri malis.

Δημοσθένης εἶπε· δίκαιον εἶναι, τὴν ἀκουσίων τιμωρίαν ἐλάττω, ἢ τῶν ἑκουσίων τάξαι.

Demoſthenes dixit: Juſtum eſſe, ut delectorum non voluntariorum minor pœna ſanciatur, quam voluntariorum.

Φάλαρις Ἀκραγαντίνων τύραννος, ἀπότομος καὶ ἀπαθὴς ὑπάρχων· ξένους καὶ παρηλλαγμέναις βασάνοις ἔτρυχε καὶ ἐστρέβλου τοὺς ὁμοφύλους. Πέριλλος δὲ τῇ τέχνῃ χαλκουργὸς κατασκευάσας δάμαλιν, ἔδωκε τῷ βασιλεῖ δῶρον, ἵνα τοὺς ξένους εἰς αὐτὴν βάλλων, κατακαίῃ ζῶντας. μυκηθμὸν δ' ἡ δάμαλις ἀνεδίδου τῷ φυσικῷ παρόμοιον· Φάλαρις δὲ τότε μόνον γενόμενος δίκαιος, αὐτὸν τὸν τεχνίτην πρῶτον ἐνέβαλεν.

Phalaris tyrannus Agrigentinorum, cum vir perquam crudelis ac immitis eſſet, admirandis & novis tormentis homines cruciabat & torquebat. Quod animadvertens Perillus faber ærarius, juvencam fabricatam a ſe dono dedit regi, ut hoſpites in ipſam conjectos viventes exureret: edebat autem juvenca mugitum naturali conſimilem. At Phalaris eo ſolum tempore juſtus, ipſum artificem primum in eam injecit.

Οὕτω καὶ ἐν Αἰγέστῃ, τῇ τῆς Συκελίας, πόλει, ἐγένετό τις ὠμὸς τύραννος Αἰμίλιος Κενσωρῖνος, οὗτος τοὺς

τοῦ καινότερα βασανιςήρια κατασκευάσαντας ἐδωρεῖτο. εἷς δὲ τις Ἀῤῥούντιος Πατέρκουλος δημιουργήσας ἵππον χαλκοῦν τῷ προειρημένῳ δῶρον ἔδωκεν, ἵνα βάλλῃ αὐτοὺς. ὁ δὲ πότε πρῶτον νομίμως ἀναγραφεὶς, τὸν χαρισάμενον πρότερον ἔβαλεν. ὡς ἂν ἣν ἐπινόησε βάσανον ἄλλοις, αὐτὸς πάθῃ πρῶτος. Βεβαιοῖ δύο ταῦτα τὰ παραδείγματα τοὺς ςίχους τούτους. Οἱ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλῳ κακὰ τεύχων. Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κάκιςη.

Sic & in SycilIæ urbe Ægesta sævus quidam fuit tyrannus, Æmilius Censorinus, donis eos afficiens, qui nova tormenta invenirent. Erat autem quidam Aruntius Paterculus, qui equum ex ære fabricatum tyranno dono dedit, ut in eum conjiceret cruciandos. Tyrannus igitur tunc deinde ad æquitatis cognitionem conversus, ipsum tormenti auctorem in equum intrusit, ut quos aliis paraverat cruciatus, ipse primus experiretur. Hæc duo exempla comprobant versus.

Ipse sibi nocet is, alium qui lædere quærit.
Consultum male, consultori pessima res est.

Nulla enim pœna justior est, quam necis artifices arte perire sua.

Locus LXXIII.

DE ΦΙΛΑΥΤΙΑ, *AMORE SUI.*

Θαλῆς ἐρωτηθεὶς τί δύσκολον; ἔφη, Τὸ ἑαυτὸν γνῶναι. τί δὲ εὔκολον; Τὸ ἄλλῳ ὑποτίθεσθαι.

Thales interrogatus, quid esset difficile? Seipsum nosse. Quid facile? Alterum, ait, admonere.

Χίλων ἐρωτηθεὶς, τί χαλεπώτατον; τὸ γινώσκειν ἑαυτὸν, ἔφη. πολλὰ γὰρ ὑπὸ φιλαυτίας ἕκαςον ἑαυτῷ προςιθέναι.

Chilo interrogatus, quid esset difficilimum? Respondit, Noscere seipsum. Singulos enim ex cœco sui amore sibiipsis multa tribuere.

Φρονίμως Πλάτων ἔφη, Ὅτε καταγελάσωμέν τινων, ἐπιςρέφειν ἐφ' ἑαυτοῖς, καὶ σκοπεῖν δεῖ, μὴ καὶ αὐτοὶ τοῖς αὐτοῖς ἐσμὲν ἔνοχοι· πολλὰ γὰρ τὸ φίλαυτον ἐπικρύπτει καὶ περιβάλλει παρὰ τοῦ μᾶλλον καταγελῶντι.

Prudenter dixit Plato, Cum volumus deridere alios, decet in nos ipſos nos convertamus, conſideremuſque, num et ipſi iiſdem obnoxii ſimus. Multa enim amor ſui cælat, & tegit, etiam in his, qui maxime alios irrident.

Σωκράτης ἔλεγεν, Οὐδένα ἐπ' αὐτοῦ τὸ κακὸν συνορᾶν, ἑτέρου δὲ ἀσχημονοῦντος, σαφῶς ὄψεσθαι.

Socrates dicere ſolebat, Neminem in ſeipſo vitia cernere, alterius vero dedecora videre aperte.

Αἴσωπος ἔφη, δύο πήρας ἕκαςον ἡμῶν ἐπιφόρειν· τὴν μὲν ἔμπροσθεν, τὴν δ' ὄπισθεν, καὶ εἰς μὲν τὴν ἔμπροσθεν ἀποτιθέναι τὰ τῶν ἄλλων ἁμαρτήματα, εἰς δὲ τὴν ὄπισθεν τὰ ἑαυτῶν.

Æſopus dixit, ſingulos mortales binas habere mãticas, alteram ante pectus, alteram a ſcapulis tergoque propendentem. Sed in priorem, inquit, aliena vitia immittimus, in poſteriorem noſtra. Hinc illud Catulli, ſed non videmus manticæ, quod in tergo eſt.

Πάντων μέγιςον κακὸν [ὡς Πλάτων ἔλεγεν] ἀνθρώποις τοῖς πολλοῖς ἔμφυτον ἐν ταῖς ψυχαῖς ἐςί. τοῦτο δ' ἐςὶν ὃ λέγουσιν, ὡς φίλος αὑτῷ πᾶς ἄνθρωπος φύσει ἐςί. τὸ δὲ ἀληθείᾳ γε πάντων ἁμαρτημάτων αἴτιον ἑκάςῳ γίγνεται ἑκάςοτε. τυφλοῦται γὰρ περὶ τὸ φιλούμενον ὁ φιλῶν.

Omnium malorum (ut Plato dixit) ſummum pleriſque hominibus natura inſitum eſt. Id vero eſt, quod omnes ſunt nimium ſui amantes & ſibi placentes. Sed revera hic morbus fons eſt omnium errorum & delictorũ in vita. Quia amor eſt cœcus, & facile decipitur circa rem amatam.

Δημοσθένης ἔλεγε· ῥᾷςον εἶναι ἁπάντων, ἑαυτὸν ἐξαπατᾶν.

πατᾷν. ὃ γὰρ βούλεται, τοῦθ' ἕκαστος καὶ οἴεται. τὰ δὲ πράγματα πολλάκις οὐχ οὕτω πέφυκε.

Demosthenes dixit: Facilimmm esse omnium, seipsum decipere: quod enim quisque cupit, id etiam animum inducit, & sibi persuadet. Res autem ipse frequentes non ita se habent.

Μάλιστα ἕκαστος αὐτὸς αὑτῷ φίλος, ἔφη Ἀριστοτέλης.

Unusquisque sibi potissimum amicus est: dixit Aristoteles.

Σωκράτης ἔλεγεν· εἴ τις ἐν θεάτρῳ ὑποκηρύττοι ἀνίστασθαι τοὺς σκυτοτόμους, ἐκείνους μόνους ἀναστήσεσθαι. ὁμοίως εἰ τοὺς χαλκοτύποις, τοὺς ὑφάντας, ἢ τοὺς ἄλλους κατὰ γένος· εἰ δὲ τοὺς φρονίμους ἢ δικαίους, πάντας ἀναστήσεσθαι. ὅτι δὲ ἐν βίῳ βλάπτον μάλιστα, τὸ ἀνοήτους ὄντας τοὺς πολλοὺς οἴεσθαι φρονίμους εἶναι.

Socrates dicebat: Si quis in theatro coriarios surgere juberet, eos solum surrecturos: similiter si fabros ærarios, textores, aut alios generatim. Si vero prudentes aut justos, hic omnes exsurrecturos fore. Est autem hoc in primis in vita damnosum, quod cum maxima hominum pars stulta sit, sapere tamen sibi videatur.

Τὰ πολλὰ, ὡς ἔφη Ἀριστοτέλης, οὐ τοῦ ἴσου τιμῶσιν οἱ ἔχοντες, καὶ οἱ βουλόμενοι λαβεῖν. τὰ γὰρ οἰκεῖα καὶ ἃ διδόασιν, ἑκάστοις φαίνεται πολλοῦ ἄξια.

Plerumque, ut dixit Aristoteles, non æquo æstimant pretio, illi qui habent, & qui accipere cupiunt. Sua enim & quæ dant, singulis magno pretio digna videntur.

Locus LXXIIII.

DE AULA.

Ὀρόντης ὁ βασιλέως Ἀρταξέρξου γαμβρὸς, ἀτιμίᾳ περιπεσὼν δι' ὀργὴν, καὶ καταγνωσθεὶς, ἔφη, καθάπερ οἱ τῶν ἀριθμητικῶν δάκτυλοι νῦν μὲν μυριάδας, νῦν δὲ μονάδα τιθέναι δύνανται, τὸ αὐτὸ καὶ τοὺς τῶν βασιλέων φίλους, νῦν μὲν τὸ πᾶν δύνασθαι νῦν δὲ τοὐλάχιστον.

Orontes, Artaxerxis regis gener, cum ab irato rege rejectus & condemnatus esset, Quemadmodum, inquit, supputatorum digiti nunc infinitum numerum, nunc unum tantum possunt ponere, sic & regum amici nunc quidvis pollent, nunc quam minimum.

Οἱ μὲν σφοδρῶς πυρέττοντες, τὴν ὄρεξιν καὶ τὴν ῥώμην, οἱ δ' ἐν τοῖς βασιλείοις παροικοῦντες, τὸν νοῦν καὶ τὰ ἤθη πεφύκασι διαφθείρεσθαι, εἰ μὴ τὸ Γνῶθι σεαυτὸν, συχνῶς ἑαυτοῖς ἐπιλέγουσιν· ἔφη Σωκράτης.

Qui valde febricitant appetitum & robur amittunt: qui vero Principum aulas inhabitant, mentē & bonos mores perdere solēt, nisi frequenter hoc dictū, Nosse teipsum, animo repetant: dixit Socrates.

Ἐρωτηθείς τις, τίνα τρόπον εἰς μακρὸν γῆρας, σπανιώτατον ἐν ταῖς αὐλαῖς πρᾶγμα, ἦλθεν, ἀδικούμενος ἔφη, καὶ πρὸς τούτοις εὐχαριστῶν.

Quidam interrogatus, qua ratione senectutem, rem rarissimam in aula, consecutus esset, respondit, injurias accipiendo, & insuper gratias agendo.

Ἀντισθένης ἐρωτηθεὶς, πῶς ἄν τις προσέλθοι αὐλῇ, εἶπε· καθάπερ πυρὶ, μήτε λίαν ἐγγὺς, ἵνα μὴ καῇς· μήτε πόῤῥω, ἵνα μὴ ῥιγώσῃς.

Antisthenes interrogatus, quomodo ad aulam accedendum sit: respondit, ut ad ignem: neque nimis prope, ne uraris: neque longius, ne friges.

Σόλων ἔλεγε, τοὺς παρὰ τοῖς βασιλεῦσι, καὶ ἄρχουσι δυναμένους, παραπλησίους εἶναι ταῖς ψήφοις ταῖς ἐπὶ τῶν λογισμῶν. καὶ γὰρ ἐκείνων ἑκάστην, ποτὲ μὲν πλείω σημαίνειν, ποτὲ δὲ ἥττω. καὶ τούτων τοὺς ἄρχοντας ποτὲ μὲν ἕκαστον μέγαν ἄγειν καὶ λαμπρὸν ὅτε δὲ ἄτιμιν.

Solon eos, qui apud reges & principes auctoritate valerent, calculis, quibus in componendis rationibus utimur, similes esse dicebat. Ut enim illi interdum majorem numerum, interdum minorem

minorem significant: ita & Principes, horum quemque prout libitum fuerit aliquando illustrem & clarum, aliquando obscurum facere & ignobilem.

Locus LXXV.

DE SUSPICIONE SUSPICACE.

Αἰσχίνης εἶπεν. οὕτω χρῆναι καθαρὸν τὸν βίον εἶναι τοῦ σώφρονος ἀνδρὸς, ὥστε μὴ ἐπιδέχεσθαι δόξαν αἰτίας πονηρᾶς.

Æschines dixit, vitam viri probi adeo puram esse debere, ut in eam nullius flagitii cadat suspicio.

Βραδὺ, ὡς ἔφη Ναζιανζηνὸς; πρὸς ὑπόνοιαν κακοῦ, τὸ πρὸς κακίαν δυσκίνητον.

Tardus est, (ut Nazianzenus dixit) ad mali suspicionem, qui ad malum ægre impellitur.

Ὁ αὐτὸς εἶπεν. ἀφύλακτον ἡ ἁπλότης, καὶ ἥκιστα κακίαν ὑφορᾶται τὸ κακίας ἐλεύθερον.

Idem dixit: Incauta est simplicitas, minimeque mali quicquam suspicatur, is qui a malo liber est.

Ὁ αὐτὸς ἔφη. Τὸ εἰς κακίαν οὐχ ἕτοιμον, οὐδ' εἰς ὑπόνοιαν εὐχερές.

Qui ad malum committendum paratus non est, is ne ad mali quidem suspicionem facilis est.

Τὸ κακίας ἐλεύθερον, καὶ ὑφορᾶσθαι κακίαν ἀργότερον· ἔφη Χρυσόστομος.

Qui a malo liber est, is etiam ad malum suspicandum tardior: dixit Chrysostomus.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγεν. Ἥκιστα κακίαν ὑφορᾶται, ὁ κακιῶν ἐλεύθερος.

Idem dicebat: Minime aliquid mali suspicatur is, qui a vitiis vacuus atque integer est..

Χρηστοῦ πρὸς ἀνδρὸς μηδὲν ὑπονόει κακόν· ἔφη Ἐπίκτητος.

De viro bono nihil suspiceris mali: dixit Epictetus.

Ἀριστοτέλης εἶπεν, Ἐπὶ τὸ χεῖρον ὑπολαμβάνειν ἅπαντα, κακοήθειαν εἶ).

Aristoteles dixit, Malitiosi animi esse, omnia in deteriorem partem interpretari.

Ἰσοκράτης ἔλεγε, Τοὺς πολλοὺς τῆς μὲν ἀλήθειαν ἀγνοεῖν, πρὸς δὲ τὴν δόξαν ἀποβλέπειν.

Isocrates dicebat, Vulgus ex veritate pauca, ex opinione vero multa æstimare.

Locus LXXVI.

DE PHILOSOPHIA.

ΑΝτισθένης ἐρωτηθεὶς, τί αὐτῷ περιγέγονεν ἐκ φιλοσοφίας, ἔφη, Τὸ δύνασθαι ἑαυτῷ ὁμιλεῖν· πεπαιδευμένος ἀνὴρ, καὶ γὰρ μόνος ἐστιν, ὅμως οὐκ αἰσθάνεται τοῦ τῆς ἐρημίας κόρου, ἀλλὰ πολλὰ καλὰ λογιζόμενος πρὸς ἑαυτὸν, ὡς ἐν ἑαυτῷ διαλαλεῖ. τοῖς ἀγραμμάτοις δὲ ἐπαχθεστάτη ἅμα καὶ ἄχρηστος ἡ ἐρημία ἐστί.

Antisthenes interrogatus, quid emolumenti cepisset ex Philosophia, Ut mecum, inquit, loqui sive vivere possim. Doctus vir etiamsi solus sit, non sentit tædium solitudinis, sed multa præclara suo cum animo versans quasi secum loquitur: indoctis autem molestissima est solitudo, atque etiam inutilis.

Ἀριστοτέλης ἐρωτηθεὶς, τί ποτ' αὐτῷ περιγέγονεν ἐκ φιλοσοφίας, ἔφη, Τὸ ἀνεπιτάκτως ποιεῖν, ἅπερ τινὲς διὰ τὸν ἀπὸ τῶν νόμων φόβον ποιοῦσιν. Ἀγράμματος μὲν τῆς κλοπῆς ἀπέχεται, ὅτι ὁ νόμος ἀπειλεῖ τιμωρίαν· φιλόσοφος δ' ἀπέχεται, ὅτι καθ' αὐτὸ αἰσχρὸν, καὶ γὰρ ἔξεστι νηποινεί.

Aristoteles percontanti, quid lucri cepisset ex Philosophia? Ut ea, inquit, nullo imperante faciam, quæ vulgus facit metu legum. Idiota a furto abstinet quia lex minatur pœnam: Philosophus abstinet, quia per se turpe est, etiamsi liceat impune.

Ὁ νεώτερος Διονύσιος ἐκπι-

ἐκπεσὼν τῆς ἀρχῆς πρὸς μὲν τὸν εἰπόντα, Τί σε Πλάτων καὶ φιλοσοφία ὠφέλησε; Τὸ τηλικαύτην, ἔφη, τύχης μεταβολὴν ῥᾳδίως ὑπομένειν. Οὐ μὲν γὰρ ἀνεῖλεν ἑαυτὸν, ὅπερ ἄλλοι ποιοῦσιν, ἀλλ' ἐν Κορίνθῳ διδασκαλεῖον ἀνέῳγε καὶ νεανίσκους ἐπαίδευσε.

Rex Dionysius junior, postquam regno fuit expulsus, cuidam dicenti, Quid tibi Plato & Philosophia profuit? ut tantam, inquit, fortunæ mutationem facile feram. Neque enim sibi mortem conscivit, quod alii solent, sed Corinthi ludum literarium aperuit, & adolescentulos instituit.

Φίλιππος ἐκέλευσεν υἱὸν Ἀλέξανδρον. Ἀριστοτέλει προσέχειν καὶ φιλοσοφεῖν, ὅπως, ἔφη, μὴ πολλὰ τοιαῦτα πράξῃς, ἐφ' οἷς ἐγὼ πεπραγμένοις μεταμέλομαι. ἑώρακεν ὁ ἔνδοξος ἄρχων, οὐδένα τῆς φιλοσοφίας ἄπειρον ἄρχειν ἐπιτήδειον εἶναι. οὐδὲ ᾐσχύνετο ὁμολογῶν, πολλὰ τῶν μὴ δεόντων πεποιηκέναι, διὰ τὸ μὴ αὐτὸν εὐθὺς ἐκ νέων ἐν τοῖς φιλοσοφικοῖς παιδευθῆναι.

Philippus hortabatur filium Alexandrum, ut auscultaret Aristoteli, cui traditus erat instituendus, daretque operam Philosophiæ: Ne, inquit, multa committas, quæ me fecisse pœnitet. Perspexit egregius princeps, neminem Philosophiæ expertē regno idoneum esse: nec puduit fateri, se multa per errorem fecisse perperam, quod a teneris unguiculis Philosophiæ præceptis non fuisset imbutus.

Διογένης ἐρωτηθεὶς τί αὐτῷ περιγέγονεν ἐκ φιλοσοφίας, ἔφη, Καὶ εἰ μηδὲν ἄλλο τὸ γοῦν πρὸς πᾶσαν τύχην παρεσκευάσθαι.

Diogenes percontanti, quid lucri caperet ex Philosophia? Si nihil, inquit, aliud, certe hoc, quod ad omnem fortunam paratus sum.

Vide locum, De Eruditione, & Doctrina.

Locus LXXVII.

DE REGNANDI RAtione optima.

Φίλιππος ὁ Μακεδὼν, ἐπεί τινες αὐτῷ τῶν Ἑλλήνων συνεβούλευον ἐνοι φρουραῖς τὰς πόλεις κατέχειν, ἔφη, μᾶλλον πολὺν χρόνον ἐθέλειν χρηστὸς, ἢ δεσπότης ὀλίγον καλεῖσθαι. ἡγεμὼν τὴν ἀρχὴν εὐεργεσίαις κρατηθῆναι, βίᾳ δὲ καὶ φόβῳ ἀπόλλυσθαι.

Philippus Macedo, cum fubactis Græcis, quidam ipſi auctores eſſent, ut civitates præſidiis contineret, ne deficerent: Malo, inquit, diu bonus & commodus, quam brevi tempore dominus appellari. Sentiens regnum beneficiis teneri, vi metuq; amitti.

Κάτων ἔλεγε, φείδεσθαι δεῖν τῆς ἐξουσίας τοὺς δυνάστας, ὅπως ἀεὶ παραμένῃ τὸ ἐξεῖναι.

Cato dixit, debere potentes parce uti poteſtate, ut ſemper ea uti poſſint.

Ἀριστοτέλης ἔφη, τὸν πολλοῖς φοβερὸν ὄντα, πολλοὺς φοβεῖσθαι.

Ariſtoteles dicere ſolitus eſt, Illum, qui multis terrori eſt, multos etiam metuere. ¶ Congruit hæc ſententia cum illa Democriti. Ὃν πάντες φοβοῦνται, πάντας φοβεῖται.

Quem omnes metuunt, is & omnes metuit.

Ἀντίγονος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς, θαυμαζόντων πάντων ὅτι γέρων γενόμενος ἠπίως ἐχρῆτο καὶ πράως τοῖς πράγμασι, Πρότερον μὲν γὰρ, εἶπε, δυνάμεως ἐδεόμην, νῦν δὲ δόξης καὶ εὐνοίας νομίζων. τὴν ἀρχὴν παρεσκευασμένην δόξῃ καλῇ καὶ εὐνοίᾳ διασωθῆναι.

Antigonus rex Macedonum, cum omnes admirarentur, quod initio regni durior fuiſſet, ſenex factus placide & clementer gubernaret, Prius, inquit, mihi opus erat regno, nunc gloria & benevolentia. Sentiens partum regnum honeſta opinione & benevolentia retineri.

Αλκα-

Ἀλκαμένης πυθομένου τινὸς πῶς ἄν τις ἄριστα βασιλείαν διατηρεῖν. Εἰ περὶ πλεῖον, ἔφη, τὸ κέρδος μὴ ποιοῖτο.

Alcamenes interrogatus, Quo pacto quis regnum optime servare posset, Si lucrum, inquit, non magni fecerit.

Ἀλέξανδρος ἐρωτηθεὶς, ποῖος βασιλεὺς ἄριστος, ἔφη, Ὁ τοὺς φίλους δωρεαῖς συνέχων, τοὺς δ' ἐχθροὺς διὰ εὐεργεσιῶν φίλους ποιούμενος.

Alexander interrogatus, quis esset optimus rex: Qui, inquit, amicos donis retinet, & inimicos beneficiis amicos facit.

Πάντα, φησὶ Δίων ὁ Ῥωμαῖος, ὅσα τοὺς ἀρχομένους καὶ φρονεῖν καὶ πράττειν βούλει, καὶ λέγε καὶ ποίει. οὕτω γὰρ ἂν μᾶλλον παιδεύσαις αὐτοὺς, ἢ ταῖς ἐκ τῶν νόμων τιμωρίαις, ῥᾷον γάρ τις μιμεῖται τὰ κρείττω ὁρῶν ἔργῳ γινόμενα. ἢ φυλάττεται τὰ χείρω ἀκούων νόμοις κωλυόμενα.

Omnia, inquit Dion Romanus, quæ vis tuos subditos & sentire & agere, ea tu & facito. Sic enim eos rectius & facilius erudies, quam si secundum leges eos punires. Facilius enim quis optima imitatur, quæ videt opere fieri, quam pessima cavet, quæ audit legibus prohiberi.

Κλείταρχος ἔλεγεν, Ἄρχων μὲν, ἐπιτήδευε πρᾶος εἶναι· ἀρχόμενος δὲ, μεγαλόφρων.

Clitarchus dicebat, Si magistratum geris, sis mansuetus: si subditus, fortis, & magnanimus.

Ἄρχε, ἔφη Σόλων, πρῶτον μαθὼν ἄρχεσθαι. ἄρχεσθαι γὰρ μαθὼν ἄρχειν ἐπιστήσῃ.

Imperium gere, dixit Solon, sed ubi imperium ferre didiceris. Nam parere qui didicit, imperandi etiam peritus erit. ¶ Cōsentit cum illo Aristotelis dicto: Οὐκ ἔστιν εὖ ἄρξειν, μὴ ἀρχθέντα. Fieri non potest, ut bene gerat imperium, qui non tulerit imperium. ¶ Et Plato in eandē sententiā inquit:

Ὁ μὴ

Ο᾽ μὴ δουλεύσας, οὐδ᾽ ἂν δεσπότης γένοιτο ἄξιος ἐπαίνου. Qui non servit, fieri non potest dominus, laude dignus.

Ἀριστείδης ἐχθρὸς ὢν τοῦ Θεμιστοκλέους, καὶ πρεσβευτὴς ἐκπεμφθεὶς σὺν αὐτῷ βούλει, φησὶν ὦ Θεμιστόκλεις ἐπὶ τῶν ὄρων τὴν ἔχθραν ἀπολίπωμεν, ἂν γὰρ δοκῇ, πάλιν αὐτὴν ἐπανιόντες ληψόμεθα. Ἀνὴρ ὁ ἀγαθὸς τὰ τῆς πόλεως διοικῶν, πλείονα ἐπιμέλειαν εἶχε τῆς κοινῆς σωτηρίας, ἢ τῶν ἰδίων παθῶν· ἐκ τούτων γὰρ μικροῦ δεῖν ἅπασα ἡ τοῦ βίου ἀνθρωπίνου βλάβη γίνεται.

Erat Aristidi simultas cum Themistocle. Huic cum delectus esset collega ad peragendam legationem, Vis, inquit, Themistocles, ut in his montibus simultatem deponamus? Nam si videbitur, reversi illam resumemus. Bonus ille vir publico fungens munere, privatos affectus publicæ posthabuit utilitati. Ex his enim omnis humanæ vitæ pernicies nascitur.

Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος ἔλεγε, τοῖς τυράννοις ἐντυγχάνειν δεῖ ἢ ὡς ἥκιστα, ἢ ὡς ἥδιστα.

Xenophanes Colophonius dicere solitus est, cum regibus aut quam minima, aut quam dulcissima loquendum esse. ¶ Alii narrant Æsopum Soloni ad Crœsum eunti hanc admonitionem subjecisse : Scias tibi cum regibus, aut quam paucissima, aut quam gravissima loquendum esse.

Confer cum titulo Magistratus.

Locus LXXVIII.

DE SENECTUTE, Canicie.

Λάκων ἐρωτηθεὶς, διὰ τίνα αἰτίαν τὰς τοῦ πώγωνος τρίχας ἐπὶ πολὺ κομώσας ἔχεις; εἶπεν, ἵνα βλέπων τὰς πολιὰς, μηδὲν ἀνάξιον αὐτῶν πράττω.

Lacon quidem senex interrogatus, cur barbam gestaret sylvosam ac promissam, Ut, inquit, intuens canos, nihil illis committam indignum. ¶ Vir enim

nim bonus undecunque venatur ſtimulos ad virtutem.

Βίων μὴ δεῖν, ἔφασκεν, ὀνειδίζειν τὸ γῆρας, εἰς ὃ πάντες εὐχόμεθα ἐλθεῖν.

Bion dixit, nulli exprobrandam eſſe ſenectutem, ad quam omnes optent pervenire.

Κάτων ὁ πρεσβύτερος, τῷ γήρᾳ πολλῶν παρόντων, ἠξίου μὴ προστιθέναι τὴν ἀπὸ τῆς κακίας αἰσχύνην.

Cato ſenior, ſenectuti cum multa adſint probra, non eſſe addendum malitiæ dedecus dicebat. ¶ Alii narrant hoc ab illo dictum in ſenem obvium vitæ contaminatæ, Ne ætatis tuæ malis addas turpitudinem.

Σόλων τὸ γῆρας ἔλεγεν ὅρμον εἶναι κακῶν· εἰς αὐτὸ γοῦν πάντα καταφεύγει.

Solon ſenectutem portũm malorum eſſe dicebat, quod ad eam omnia confugiant.

Διογένης ἐρωτηθεὶς, τί ἄθλιον ἐν βίῳ, ἔφη, Γέρων ἄπορος.

Diogenes percontanti, quid eſſet in vita miſerrimum? Senex, inquit, egenus.

Καλὸν καὶ γέροντα μανθάνειν σοφά, ἔφη Αἰσχύλος.

Æſchylus inquit, Pulchrum eſſet, ſi & ſenex dicat, quæ cum ſapientia conjuncta ſint.

Κάλλιστον ἐφόδιον τῷ γήρᾳ παιδεία, ἔλεγεν Ἀριστοτέλης.

Pulcherrimum & optimum viaticum ſenectutis, eſt Eruditio, inquit Ariſtoteles.

Οὐ μακαριστέος ὁ γέροντα, καθ' ὅσον γηράσκων τελευτᾷ, ἀλλ' εἰ τοῖς ἀγαθοῖς συμπεπλήρωται, ἕνεκα γὰρ χρόνου, πάντες ἐσμὲν ἄδωροι ὥσπερ ὁ Δημόκριτος ἔφη.

Non beatus exiſtimandus eſt ſenex, quia ſeneſcens moriatur: ſed ſi abſolutum habeat bonorum numerum. Nihil enim ætati per ſe tribuendum eſt, ut Democritus inquit.

Ὁ αὐτὸς ἔφη. Γῆρας ὁλόκλη-

ὁλόκληρός ἐστι πήρωσις, πάντ' ἔχει, καὶ πᾶσιν ἐνδεῖ.

Idem dicebat: Senium omnimoda imperfectio est, omnia habet, & omnibus indiget.

Ἐρατοσθένης τῆς ἡλικίας, ἔφη, τὸ μὲν ἀκμάζον, ἔαρ εἶναι. τὸ δὲ μετὰ τὴν ἀκμὴν, θέρος καὶ μετόπωρον· χειμῶνα δὲ τὸ γῆρας.

Eratosthenes vigentem ætatem veri comparabat: declinantem æstati & autumno: senectam hyemi.

Δημόκριτος ἔλεγεν. Αὐξανομένου τοῦ σώματος συναύξονται φρένες· γηράσκοντος δὲ συγγηράσκουσι, καὶ εἰς τὰ πράγματα πάντα ἀμβλύνονται.

Democritus dicebat, Augescente corpore, simul & mens augetur: & illo senescente, una senescit, ac in omnibus rebus obtusior fit.

Ὁ Βοιώτιος ἐντυχὼν θησαυρῷ μετὰ ἑβδομήκοντα ἔτη, ἐπάρας τὸ σκέλος ἀπεματάϊσε, καὶ παρῆλθεν, ὡς οὐκέτι οὐδὲν ὄντα πρὸς αὐτόν. τοσοῦτον καὶ πολυχρηματίας ἅμα παύει τὸ γῆρας καὶ πολυπραγμοσύνης.

Bœotius, cum jam annos natus plus quam septuaginta, thesaurum repe- risset, sublato crure ipsum contempsit, & præterivit, ut qui non amplius usui sibi futurus esset. Ita senenectus & animum tranquillum reddit, & multæ pecuniæ studium ac curiositatem adimit.

Ἄλεξις ὁ τῶν κωμῳδιῶν ποιητὴς, ἐπειδή τις αὐτὸν ὄντα πρεσβύτην ἑώρακε μόλις πορευόμενον. καὶ ἠρώτα. τί ποιεῖς, ἔφη· κατὰ σχολὴν ἀποθνήσκω.

Alexis poeta Comicus, cum quidam ipsum senem ægre incedentem intuitus, quid ageret interrogasset: paulatim se per otiū mori, respondit. Significans senes non vivere, sed lente mori.

Δημοκράτης ἀναβαίνων εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἐν γήρᾳ καὶ πόδισι... ποιεῖν ἔφη,, ὅσα καὶ σύμπασα ἡ Ἀθηναίων πόλις· πνεῖν μὲν γὰρ μέγα, ἰσχύειν δὲ μικρόν.

Democrates jam senex ascend.ns

ascendens in arcem Athenis perquam anhelosus: idem se facere dixit, quod universa civitas Atheniensium soleret, nempe se magnum quidem spirare, parum autem valere.

Οὐ τοσοῦτον κερδαίνομεν ἐν ταῖς μακραῖς ταύταις ἡμέραις, ὅσον πλείω κακὰ τὰ μὲν ἰδόντες, τὰ δὲ παθόντες, τὰ δὲ καὶ ἴσως πράξαντες. ἔλεγε Ναζιανζηνός.

Hoc nobis affert longius vitæ spatium, quod plura mala partim videmus, partim sustinemus, partim perpetramus: dixit Nazianzenus.

Ἰσοκράτης ἔφη. τὰς ἐμπειρίας παραδιδόναι τοὺς γέροντας. καὶ δοκεῖν μᾶλλον τῶν ἄλλων δύνασθαι καθορᾶν τὸ βέλτιστον.

Isocrates dixit, Experientiam & rerum multarum usum senes erudire, atque efficere, ut quid expediat, acutius, quam alii perspicere videantur.

Γῆρας θανάτου προοίμιον· ἔλεγε Θεοδώρητος.

Senectus est mortis exordium, dixit Theodoretus.

Διογένης ἰδὼν γραῦν καλλωπιζομένην, εἶπεν, εἰ μὲν πρὸς τοὺς ζῶντας πεπλάνησαι· εἰ δὲ πρὸς τοὺς νεκροὺς, μὴ βράδυνε.

Diogenes anum comtam conspicatus, inquit, Si ad vivos (scilicet te ornas) falsa es: sin ad mortuos ne cunctare.

Γέρων ἀνόητος, ὥσπερ τρίβων παλαιὸς, εἰς οὐδὲν ἐστιν ἀδέτος, φησι Πλούταρχος.

Senex stultus, tanquam laterna vetusta, ad nullam rem idoneus est, inquit Plutarchus.

Γοργίας ἐρωτηθεὶς ποίᾳ διαίτῃ χρώμενος, εἰς μακρὸν γῆρας ἦλθεν, Οὐδὲν οὐδέποτε, ἔφη, πρὸς ἡδονὴν οὔτε φαγὼν, οὔτε δράσας.

Gorgias interrogatus, quem vitæ tenuisset modum, quod ad tantam pervenisset senectutem. Ad voluptatem, inquit, nunquã edi, nec feci quicquã.

Θρὶξ λελαδνκασμένη τῆς

ει-

ὀντεῦθεν τ ψυχῆς ἀποδημίαν βοᾷ κὴ διαμαρτύρεται, ἔφη Νεῖλος.

Capillus albus factus animam brevi hinc abituram clamat & testatur, inquit, Nilus.

Vide locum, De honore parentibus & senioribus habito.

Locus LXXIX.

DE SODALITIO, Consuetudine bonorum vel malorum.

Διογένης ὀυμόρφῳ μειρακίῳ ἀπιόντι εἰς συμπόσιον, ἔφη, χείρων ἐπανήξεις. τοῦ δὲ ἐπανελθόντος, Καὶ τῇ ἑξῆς εἰπόντος, Καὶ ἀπῆλθον, κὴ χείρων οὐκ ἐγενόμην· ἔφη χείρων μὲν οὐ, διδάσκων, οὐκ ἔστι ὅπως ὁ νεανίσκος ἐκ συμποσίου παρεὶν ἐπανέλθῃ χείρων.

Diogenes adolescenti ad convivium eunti, deterior, inquit, redibis. Reversus adolescens cum Diogeni dixisset, fui, nec redii deterior: Deterior igitur inquit. Indicans non fieri posse, quin adolescens e temulento convivio redeat deterior.

Πολλάκις ἄνδρες ἀγαθοὶ κακοῖς προσερχόμενοι, πολλῷ θᾶττον κακίας μετέλαβον, ἢ μετέδωσαν ἀρετῆς, ἔφη Νεῖλος.

Probi viri ad improbos accedentes multo facilius vitia trahunt, quam virtutem impertiunt, inquit Nilus.

Ἱπποκρατίδας ἀπαντήσαντός ποτε αὐτῷ μειρακίου. ᾧ ἠκολούθει ἐραστής τις, κὴ διατραπέντος, Μετὰ τούτων, ἔφη, βαδίζειν δεῖ, μεθ' ὧν ὀφθεὶς τ αὐτὴν χρόαν τηρήσεις.

Hippocratidas, cum aliquando obvius ei fuisset adolescens, quem amator sequebatur, erubescenti adolescentuli, Cum his, inquit, oportet ambulare, cum quibus conspectus, non mutes colorem.

Ὅστις, ἔφη Δημοσθένης, ὁμιλῶν ἥδεται κακοῖς ἀνὴρ, οὐ πώποτ' ἠρώτησα. γιγνώσκων ὅτι τοιοῦτός ἐστιν, οἷσπερ

οἷόσπερ ἥδεται ξυνών.

Si quis (inquit Demosthenes) malorum gaudeat commercio, rogare qualis ipse sit, non est opus. Nam quisque similis est sodalitii sui.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγε, τῶν τρόπων μέγιστον τεκμήριον, τὴν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ὁμιλίαν εἶναι.

Idem dicere solitus est, Morum maximum testimonium esse, cum hominibus congressum. Declarat hanc sententiā dictum Chrysostomi, quod sequitur.

Ἔλεγχος ἀνδρὸς ἤθους ἡ μετὰ τῶν τοιῶνδε συνουσία. ὅ, τε γὰρ φαῦλος ἐξ ἀνάγκης τοῖς ὁμοίοις συνέσται. ὅ, τε αὖ πάλιν σώφρων καὶ σοφὸς, τοῖς τὰ τοιαῦτα μετιοῦσιν.

Cujusque ingeniū quale sit, ex conversatione arguitur: etenim improbus necessario cum sui similibus versabitur: contra autem temperans & sapiens cum iis, qui eadem exercent.

Κρεῖσσον πλούτου καὶ πολυχρύσου χλιδῆς ἀνδρῶν δικαίων κἀγαθῶν παρουσίαι, ἔφη Σοφοκλῆς.

Potiores sunt divitiis & luxuria affluente auro, bonorum virorum & justorum conversationes, inquit Sophocles.

Αἴσχυλος ἔφησεν, ἐν παντὶ πράγει εἶναι ὁμιλίας κακῆς κάκιον οὐδέν.

Æschylus dicebat, In omni negotio nullum esse prava societate majus malum. ¶ Pertinet huc Epicteti dictum: Ἴσθι, ὅτι ἐὰν ὁ ἑταῖρος ᾖ μεμολυσμένος, καὶ τὸν συναναστρεφόμενον αὐτῷ μολυνέσθαι ἀνάγκη, κἂν αὐτὸς ὢν τύχῃ καθαρός.

Scias, idque exploratum omnium habeas, si sodalis pollutus fuerit, tum etiam illum, quem is attigerit, necessario pollui, etsi purus ipse fuerit.

Locus LXXX.

DE SAPIENTIA, Sapientiæ Amore.

Διογένης.

Διογένης γενόμενος Ἀθήνησιν, Ἀντισθένει παρέβαλε· τοῦ δὲ διωθουμένου, διὰ τὸ μηδένα προσίεσθαι, ἐξεβιάζετο τῇ προσεδρείᾳ· καὶ ποτὲ τὴν βακτηρίαν ἐπανατεινομένου αὐτῷ, τὴν κεφαλὴν ὑποσχὼν, Παῖε, εἶπεν, οὐ γὰρ εὑρήσεις οὕτω σκληρὸν ξύλον ᾧ με ἀπείρξεις, ἕως ἄν τι φαίνῃ λέγων. καλὸν τοῦ τῆς σοφίας ἔρωτος παράδειγμα.

Diogenes primum Athenas profectus, ad Antisthenem se contulit, a quo sæpe repulsus (nullum enim discipulum recipiebat Antisthenes) non destitit tamen hærere, adeo ut aliquando baculum intentaret Antisthenes, ultro baculo caput subjecit dicens, cæde, si vis, at nullum invenies baculum tam durum, quo me abs te abigas dum aliquid dixeris. Insigne exemplum adamatæ sapientiæ.

Ὁ αὐτὸς πρὸς τοὺς εἰπόντας, Γέρων εἶ, καὶ λοιπὸν ἄνες, Τί δέ, ἔφη, εἰ δόλιχον ἔδραμον πρὸς τῷ τέλει ἔδει με ἀνεῖναι, καὶ μὴ μᾶλλον ἐπιτεῖναι; ὀρθῶς ἡγεῖτο, τὴν περὶ τὴν ἀρετὴν σπουδὴν τοσούτῳ μᾶλλον ἐπιτείνειν δεῖν, ὅσῳ περ ἧττον τοῦ ζῆν χρόνος λοιπὸς ἐστι, διὰ τὸ εἶναι αἰσχρὸν τὸ τοῦ καλοῦ παύεσθαι.

Idem cuidam admonenti, ut jam senex quiesceret a laboribus, Quid, inquit, si in stadio currerem, utrum oportet jam metæ vicinum cursum remittere, an magis intendere? Recte sensit, virtuti hoc magis intendendum esse, quo minus superest vitæ: quod turpe sit tum ab honesto instituto refrigescere.

Σιμωνίδης ἐρωτηθεὶς, πότερον αἱρετώτερον, πλοῦτος ἢ σοφία, Οὐκ οἶδα, ἔφη· ὁρῶ γὰρ τοὺς σοφοὺς ἐπὶ ταῖς τῶν πλουσίων θύραις φοιτῶντας. σημαίνων τοὺς φιλοσόφους λόγοις μὲν τοῦ πλούτου καταφρονῆσαι, ἔργοις δὲ ἐπιθυμῆσαι.

Simonides interrogatus, utra res esset optabilior, divitiæ an sapientia, Dubito, inquit, ut qui videam, sapientes frequentare divitum fores: innuens, Philosophos verbis quidam con-

contemnere divitias, sed re. tamen eas appetere.

Τοσούτῳ διαφέρειν ὁ Σόλων τὴν φρόνησιν ἔλεγε τῶν ἀρετῶν, ὅσῳ ὅρασιν τῶν ἄλλων αἰσθήσεων.

Prudentiam Solon aiebat tantum cæteris virtutibus præstare, quantum visus reliquos sensus excellit.

Πυθαγόρας ἔλεγεν, οὔτε ἵππον χωρὶς χαλινοῦ, οὔτε πλοῦτον δίχα φρονήσεως, δυνατὸν κρατεῖσθαι.

Pythagoras dicere solebat, neque equum sine fræno, neque divitias sine prudentia gubernari posse.

Πλάτων εἶπε, Πᾶσαν ἐπιστήμην χωριζομένην δικαιοσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, πανουργίαν, οὐ σοφίαν φαίνεσθαι.

Plato dixit, Omnem scientiam, nisi cum justitia & aliis virtutibus conjuncta sit, versutiam, non sapientiam, existimandam esse.

Ὁ αὐτὸς ἔφη, Τὸν σοφὸν αὑτῷ δεῖν μάλιστα εἶναι σοφόν.

Idem dicebat, Sapientem virum sibi ipsi præcipue sapientem esse debere. Id est, ut Cicero ex Ennio citat: Nec quicquam sapientem, qui sibi prodesse nequiret. ¶ Pertinet huc & Menandri dictum, Μισῶ σοφιστήν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός ἐστι. Odi sapientem, qui sibi non sapit.

Πλάτων ἐρωτηθεὶς, διὰ τίνος γινώσκοιτο ἂν τις σοφὸς ὤν; σοφὸς, ἔφη, ψεγόμενος, οὐχ ὀργίζεται. ἐπαινούμενος δὲ οὐκ ἐπαίρεται.

Plato interrogatus, per quid cognosceretur sapiens? respondit, Sapiens cum vituperatur, non irascitur: cum laudatur, non extollitur.

Locus LXXXI.

DE SERVITUTE INhonesta.

Διογένης πρὸς τὸν μακαρίζοντα Καλλισθένην, καὶ λέγοντα, ὡς πολυτελῶν παρὰ Ἀλεξάνδρῳ

δρῳ μετέχῃ, Κακοδαίμων μὲν οὖν ἐστιν, εἶπεν, ὃς καὶ ἀριστᾷ καὶ δειπνεῖ, ὅταν Ἀλεξάνδρῳ δόξῃ· ἡγούμενος ἐν τῇ δουλείᾳ οὐδὲν μακάριον εἶναι.

Diogenes prædicantibus beatum Callisthenem Philosophum, quod apud Alexandrũ magnifice tractaretur, imo, inquit, infelix est, quod illi prandendum cœnandumq; sit, cum Alexandro fuerit visum. Sentiens in servitute nihil beatum esse.

Τὸ ὑποπεσεῖν καὶ παραχωρῆσαι τοῖς πάθεσιν ἐσχάτη δουλεία, ὥσπερ τὸ κρατεῖν τούτων ἐλευθερία μόνη, ἔφη Ἰουστῖνος ὁ φιλόσοφος.

Subjici & locum dare affectibus, extrema servitus est, quemadmodum Imperare ipsis, unica libertas, dixit Justinus Philosophus.

Οὐδεὶς ἐλεύθερος ἑαυτοῦ μὴ κρατῶν, ἔφη Πλάτων.

Nemo liber est, qui se ipsum non continet: dixit Plato.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγεν· Ἐλεύθερον ἀδύνατον εἶναι, τὸν πάθεσι δουλεύοντα, καὶ ὑπὸ παθῶν κρατούμενον.

Idem dicebat: Fieri non potest, ut is liber sit, qui perturbationibus & affectibus servit, & ab affectibus vincitur.

Κάτων ἔφασκεν. Ἄμεινον δουλεύειν ἐπιεικῶς ἢ ἐλευθεριάζειν ἀναισχύντως.

Cato dicere solitus est: Præstat servire decenter, quam libertate uti impudenter.

Ἀξιομνημόνευτόν ἐστι τὸ τοῦ Πλουτάρχου· Ἄξιον ἐστὶ μόνους ἐλευθέρους νομίζειν, οἱ θείῳ ἡγεμόνι τῷ λόγῳ ἕπονται. μόνοι γὰρ οἱ, ἃ δεῖ, βούλεσθαι μαθόντες, ὡς βούλονται, ζῶσι.

Memoria digna est Plutarchi sententia: Justum est solos eos existimare liberos esse, qui divinam ducem, rectam rationem, seu legem Dei in omnibus vitæ actionibus sequuntur. Hi enim soli vivunt, ut volunt, qui ea quæ oportet, hoc est recta, justa, & legibus Dei consentanea) velle didicerunt.

Locus

Locus LXXXII.

DE STATVIS.

Ἀγησίλαος ἀποθνήσκων τοῖς φίλοις ἐκέλευσε μηδεμίαν πλαστὴν, μηδὲ μιμηλὰν ποιήσασθαι, τὰς εἰκόνας ὑπὸ παραγορδίων· εἰ γὰρ τι καλὸν ἔργον πεποίηκα, τοῦτό μου μνημεῖον ἐστιν· εἰ δὲ μηδὲν, οὐδ' οἱ πάντες ἀνδριάντες.

Agesilaus moriens mandavit amicis suis, ne quam fictam aut pictam corporis sui imaginem facerent: Si quod, inquit, præclarum facinus gessi, hoc erit monumentum meum: sin minus, ne omnes quidem statuæ illustrabũt mei memoriam.

Τῶν δὲ ἐπὶ τῆς Ἀσίας Ἑλληνικῶν ἐθνῶν ψηφισαμένων ἐν ταῖς ἐπιφανεστάταις πόλεσιν εἰκόνας ἀνιστᾶν αὐτοῦ προσέγραψεν, Ἐμοῦ μηδεμία εἰκὼν ἔστω, μηδὲ γραπτὴ, μηδὲ πλαστὴ, μηδὲ κατασκευαστή.

Idem cum Gentes Græcæ, quæ in Asia sunt, decrevissent ipsi in clarissimis urbibus statuas ponere, ad eas scripsit, Mei quidem ne una sit imago, neque picta, neque ficta, neque sculpta.

Κάτων πολλῶν ὁρῶν ἀνισταμένους ἀνδριάντας, ἐμοῦ δὲ ἔφη ἐρωτᾶν βούλομαι μᾶλλον τοὺς ἀνθρώπους, διατὶ ἀνδριὰς οὐ κεῖται Κάτωνος, ἢ διατί κεῖται· νομίζων μᾶλλον βούλεσθαι πολλὰ καὶ καλὰ διαπράττεσθαι, ὅπως ποτε εἰδότες αὐτὸν ἀνδριάντος ἄξιον ὄντα, θαυμάσωσι, πῶς οὐ κεῖται.

Cato conspiciens multorum erigi statuos, Malim, inquit, ut de me quærant homines, quamobrem Catoni non sit statua posita: Sentiens se malle res præclaras, gerere, ut olim scientes illum promeruisse statuam, mirentur non esse positam.

Δημήτριος ἀκούσας ὅτι τὰς εἰκόνας αὐτοῦ κατέσρεψαν Ἀθηναῖοι, ἀλλ' οὐ τὴν ἀρετὴν, ἔφη, δι' ἣν εἰκόνας ἀνέστησαν.

Cum Demetrius audivisset Atheniēses imagines suas evertisse, at, inquit, virtutem

tem illi non everterunt, cujus gratia illas erexerunt.

DE VULGO.

Μαντείας γινομένης Ἀθηναίοις, ὡς εἷς ἐστὶν ἀνὴρ ἐν τῇ πόλει ταῖς πάντων ἐναντιούμενος γνώμαις, καὶ τῶν Ἀθηναίων ζητεῖν κελευόντων ὅστις ἐστὶ καὶ βοώντων, Φωκίων ἑαυτὸν ἔφησι τοῦτον εἶναι. μόνῳ γὰρ ἑαυτῷ μηδὲν ἀρέσκειν, ὧν οἱ πολλοὶ πράττουσι καὶ λέγουσι.

Cum oraculum proditum esset Athenienſibus, in ea civitate unum eſt virum, qui cunctorum ſententiis adverſaretur : ac populus vociferans juberet illum inquiri : Phocion ſemetipſum prodidit, dicens, Ego ſum ille, quem deſignat oraculum, Nam uni mihi nihil placet omnium, quæ vulgus vel dicit, vel facit.

Ποίει ἃ κρίνεις εἶναι καλὰ [εἶπε Πυθαγόρας] κἂν ποιῶν μέλλῃς ἀδοξεῖν. φαῦλος γὰρ κριτὴς παντὸς καλοῦ πράγματος ὄχλος. διόπερ ὧν αὖ τῶν ἐπαίνων καταφρονῇς, καὶ τῶν ψόγων καταφρόνει.

Fac ea quæ judicaveris eſſe honeſta (dixit Pythagoras) etiam ſi poſtquam feceris, inglorius futurus ſis. Omnis enim honeſtæ rei malus judex eſt vulgus: quorum igitur laudes contemtui haberes, eorundem vituperia quoque ſpernas.

Ἕν τι τῶν ἀδυνάτων ἐστὶ, τὸ τοῖς τῶν πολλῶν τρόποις ἀρέσκειν, ἔφη Δημοσθένης.

Ex eorum numero, quæ fieri non poſſunt, eſt, ut vulgi judiciis quiſquam probetur: dixit Demoſthenes.

Σωκράτης ἔλεγε, Τὸ τοῦ τυχόντος ἐναντία ταῖς ὀρθαῖς δόξαις ἀποφαινομένου φροντίζειν, εὔηθες εἶναι.

Socrates dicebat, Leve eſſe & ſtolidum, curare, quid aliquis ex vulgo, contrarium ſententiis veris pronunciet.

Ὁ αὐτὸς εἶπεν, Οὐ παρ-

ῥησίαν

ῥησίαν περὶ πάντων ἀεὶ παρὰ τοῖς πολλοῖς εἶναι.

Idem dixit: Non semper apud vulgus de rebus libere loqui licere.

Ὁ αὐτὸς ἐπεὶ λέγων πολὺ γνώμην πρὸς τὸν δῆμον εὐδοκίμει, καὶ πάντας ὁμαλῶς ἑώρα τὸν λόγον ἀποδεχομένους ἐπιστραφεὶς πρὸς τοὺς φίλους εἶπεν. Οὐδήπου κακόν τι λέγων ἐμαυτὸν λέληθα; τοσοῦτον ὑπώπτευε τὴν τῶν πολλῶν κρίσιν.

Idem de quodam orationem habens placebat omnibus: cumque videret sermonem omnibus probari, conversus ad amicos, Num mali inquit, quippiam dixi imprudens? Usque adeo suspectum habuit vulgi judicium.

Ἀντισθένης πρὸς τὸν εἰπόντα, Πολλοί σε ἐπαινοῦσι, Τί γάρ, ἔφη, κακὸν πεποίηκα; παρεμφαίνων, τὰ δίκαια τοῖς πολλοῖς οὐδέποτε ἀρέσαι.

Antisthenes cuidam dicenti, Multi te laudant, At quid, inquit, mali feci, Significans, quæ recta sint, vulgo nunquam placuisse.

Δημοσθένης ἔλεγε, τοῖς καλῶς φρονοῦσιν οὐκ ἐπακολουθητέον εἶναι τῇ τῶν πολλῶν ἀπονοίᾳ.

Demosthenes dicebat, Prudentibus viris vulgi amentiam non imitandam esse.

Ὁ αὐτὸς ἔφη, τὸν δῆμον εἶναι ὄχλον, ἀσταθμητότατον πρᾶγμα τῶν ἁπάντων καὶ ἀσυνετώτατον· ὥσπερ ἐν θαλάττῃ πνεῦμα ἀκατάστατον, ὡς ἂν τύχῃ κινούμενον.

Idem dixit, Populum esse turbam, rem omnium inconstantissimam & stolidissimam: ut in mari unda fluctuans, quæ fortuito agitatur.

Ὁ αὐτὸς εἶπε, τοὺς πολλοὺς πλεῖστον διαμαρτάνειν περὶ τὰ βέλτιστα κρίνειν.

Idem dixit: Vulgus in judicando, optima quæ sint, non intelligere.

Τὸ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν, τοῖς σοφοῖς ἀπαρέσκειν ἐστὶν, ἔφη Πλούταρχος.

Vulgo placere, sapientibus displicere est, inquit Plutarchus. ¶ Οἱ γὰρ ψυχροὶ ψυχρῶς κρίνουσι Frigidi enim frigide seu inepte

epte judicant, ut quidam ex veteribus dixit.

Locus LXXXIIII.

DE VINDICTA.

Διογένης ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, πῶς ἂν ἀμύνηται τὸν ἐχθρὸν, αὐτὸς, ἔφη, καλὸς γενόμενος. τοῦτο ποιήσας, καὶ ἑαυτὸν ὠφελεῖ τὰ μέγιστα, καὶ τὸν ἐχθρὸν μάλιστα τιμωρεῖται.

Diogenes interrogatus a quodam, Quomodo se ulcisci de suo inimico posset, respondit, Si te virum honestum & bonum præstabis. Hoc qui facit, & sibi prodest maxime, & inimicum maxime discruciat.

Ἀλκιβιάδης ἀκούσας ὅτι θάνατος αὐτοῦ, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ καταγνωσθείη, Δείξωμεν οὖν, εἶπεν, αὐτοῖς ὅτι ζῶμεν. καὶ πρὸς Λακεδαιμονίους τρεψάμενος, τὸν Δεκελικὸν ἤγειρεν ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους πόλεμον. Ἐκδικήσεως γένος οὐχ ὅμοιον τῷ προτέρῳ, καὶ οὐδενὶ τῶν Χριστιανῶν ὅσιον μιμεῖσθαι.

Alcibiades, nuntianti quod cum comitibus morte damnatus esset Athenis, At nos, inquit, demonstrabimus ipsis quod vivamus: simulque sese ad Lacedæmonios contulit, & bellum Dacelicum contra Athenienses excitavit. Vindictæ genus & priori dissimile, & nulli Christiano imitandum.

Πιττακὸς ἀδικηθεὶς ὑπό τινος, καὶ ἔχων ἐξουσίαν αὐτὸν κολάσαι, ἀφῆκεν εἰπών. συγγνώμη τιμωρίας ἄμεινον. τὸ μὲν γὰρ ἡμέρου φύσεως ἐστὶ, τὸ δὲ θηριώδους.

Pittacus injuriam passus a quodam, cum illum puniendi potestatem haberet, dimisit, inquens: Venia melior est vindicta: hæc enim belluini est ingenii, illa mansueti.

Locus LXXXV.

DE SEVERITATE.

Φωκίων ὁ Ἀθηναῖος ὑπ' οὐδενὸς οὔτε γελῶν ὤφθη, οὔτε δακρύων.

Phocion

Phocion Athenienſis nunquam viſus eſt cuiquã neque flere, neque ridere.

Κάτων ὁ πρεσβύτερος τιμητίαν μετιὼν, καὶ τοὺς ἄλλους ὁρῶν δεομένους τῶν πολλῶν καὶ κολακεύοντας, αὐτὸς ἐβόα, τὸν δῆμον ἀποτόμου χρείαν ἔχειν ἰατροῦ, καὶ μεγάλου καθαρμοῦ. δεῖν οὖν μὴ τὸν ἥδιστον, ἀλλὰ τὸν ἀπαραίτητον αἱρεῖσθαι. καὶ ταῦτα λέγων ᾑρέθη πρὸ πάντων.

Cato ſenior cenſuram petens, cum cæteros competitores videret populo ſupplices, ipſe clamabat, Populo opus eſſe medico auſtero validiſque remediis. Proinde eligendum cenſorem, non qui jucundiſſimus eſſet, ſed qui inexorabilis. Atque hæc dicens, ante omnes cenſor creatus eſt.

Ἀντισθένης ἐρωτηθεὶς διὰ τί πικρῶς τοῖς μαθηταῖς ἐπιπλήττει, Καὶ οἱ ἰατροί, φησι, τοῖς κάμνουσιν.

Antiſthenes interrogatus, quamobrem eſſet ſeverus objurgator erga diſcipulos, Et medici, inquit, erga ægrotos.

Λάκαινά τις ἀκούσασα τὸν υἱὸν σεσωσμένον καὶ πεφευγότα ἐκ τῶν πολεμίων, γράφει αὐτῷ, Κακὰ φάμα τεῦ κακκέχυται· ἢ ταύταν νῦν ἔκνιψαι, ἢ μὴ ἔσο. Αἱρετώτερον ἐνόμιζεν θανεῖν, ἢ αἰσχρῶς ζῆν.

Lacæna quædem mulier ut audierat filium eſſe incolumem, ſed fugiſſe ab hoſtibus, ſcripſit illi: Malus rumor de te ſparſus eſt, aut hunc dilue, aut ne ſis. Præſtabilius judicavit mori, quam cum ignominia vivere.

Locus LXXXVI.

DE VOLUPTATE.

Ἀρκεσίλαος πρὸς τὸν πυθόμενον διότι ἐκ μὲν τῶν ἄλλων μεταβαίνουσι τὴν Ἐπικούρειον, ἐκ δὲ τῆς Ἐπικουρείαν οὐδέ ποτε; ἔφη, Ἐκ μὲν γὰρ ἀνδρὸς γάλλοι γίνονται, ἐκ δὲ τῶν γάλλων ἄνδρες οὐ γίνονται. ἡγούμενος ἀνθρώπους μᾶλλον ἐν κατα-

καταφόρους εἶναι πρὸς ἡδονὴν, ἢ πρὸς ἀρετήν.

Arcesilaus percontanti qui fieret, ut ab aliis sectis multi deficerent ad Epicureos, ab Epicureis nulli deficerent ad alios: quoniam, inquit, ex viris galli fiunt, ex gallis viri nequaquam. Sentiens homines esse proniores ad voluptatem, quam ad virtutem.

Βασίλειος ἔλεγε, ἡδονὴν ἄγκιστρον εἶναι τοῦ διαβόλου, πρὸς ἀπώλειαν ἕλκον.

Basilius dixit, voluptatem esse hamum diaboli, ad interitum trahens. ¶ Congruit cum sententia Ciceronis in Catone Majore: Divinus Plato voluptatem escam malorum appellavit, quod ea videlicet homines capiantur, ut hamo pisces.

Κυνὶ ἐοικέναι τὴν ἡδονὴν, ἔφη Χρυσόστομος. ἐὰν γὰρ διώξῃς, φεύγει. ἐὰν ἐκθρέψῃς, παραμένει. φεῦγε οὖν τὴν τέρψιν διὰ τὴν θλῖψιν, μὴ τοῖς σοῖς μέλεσι κατά σου βέλεσι χρήσηται ὁ διάβολος.

Chrysostomus dixit, Voluptatem cani similem esse. Si enim persequaris, fugit: si nutrias manet. Fuge igitur voluptatem propter comitem ejus afflictionem, ne diabolus membris tuis, tanquam telis, adversus te utatur.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγεν· Εὐάλωτόν ἐστιν ὡς τὰ πολλὰ δι' ἡδονῆς τὸ ἀνθρώπινον, καὶ πολλὴ πρὸς τὸ πάθος τοῦτο τῆς φύσεως ἡ εὐκολία ἐκ τῶν τραχυτέρων ἐπιτηδευμάτων πρὸς τὸ τῆς ἡδονῆς λεῖον ἑτοίμως καταπτύσσης.

Idem dicere solebat: Voluptas homines ut plurimum sine ullo negotio capit, & magna promptitudo est naturæ ad hunc affectum, a duricribus studiis ad voluptatis teneritudinem facile prolabentis.

Ὁ αὐτὸς εἶπε· Παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον.

Idem dixit: Crassus venter non gignit mentem subtilem.

Ἔπεται τοῖς τερπνοῖς εἴωθε τὰ λυπηρά· ἔφη Μοσχίων. Volup-

Voluptatem ſequi ſolet triſtitia: dixit Moſchio.

Φίλων ἔλεγε· Φεῦγε πᾶν τὸ ἡδὺ, ὅτι βιαίως παρακαλεῖ.

Philo dixit: Omne jucundum fuge, violenter enim allicit.

Ταῖς Ἀναχάρσιδος εἰκόσιν ἐπεγέγραπτο· Γλώσσης, γαστρὸς, καὶ αἰδοίων κρατεῖν. ὅτι μεγίστων κακῶν αἴτιόν ἐστι τὸ στόμα ἀχάλινον καὶ τῆς τρυφῆς οὐδὲν αἴσχιον, καὶ ἡ ἀσέλγεια ἐξ ἀνθρώπου βόσκημα ποιεῖ.

Anacharſidis Philoſophi ſtatuis atque imaginibus inſcribebatur? Linguæ, ventri & pudendis temperandum: Quod maximorum malorum cauſa ſit lingua effrenis, & luxu nihil turpius, libidoque pecudem ex homine facit. ¶ Huic verſiculo alluſiſſe videtur Hermolaus Barbarus: ¶ Venter, pluma, Venus laudem fugienda ſequenti.

Σωκράτης ἐρωτηθεὶς, τίνων δεῖ μάλιστα ἀπέχεσθαι· τῶν αἰσχρῶν καὶ ἀδίκων καὶ, ἔφη, ἡδονῶν.

Socrates interrogatus, quibuſdam rebus maxime abſtinendum eſſet: Turpibus & injuſtis voluptatibus reſpondit.

Ἄριστον ἀνθρώπῳ, ἔφη Δημόκριτος, τὸν βίον διάγειν, ὡς πλεῖστα εὐθυμηθέντι, καὶ ἐλάχιστα ἀνιηθέντι. τοῦτο δ' ἂν εἴη, εἴ τις μὴ ἐπὶ τοῖς θνητοῖσι τὰς ἡδονὰς ποιοῖτο.

Optimum homini eſt, dixit Democritus, vitam agere ut plurimum læto, rariſſime triſtato. quod fieri poterit, ſi voluptates non in perituris rebus locentur.

Ὁ αὐτὸς εἶπεν· δεῖν ὥσπερ Σειρῆνας, τὰς ἡδονὰς παρελθεῖν, τὸν σπεύδοντα τὴν ἀρετὴν ἰδεῖν, ὥσπερ πατρίδα.

Idem dicebat, Oportere voluptates præterire, veluti, Sirenes, eum qui ad virtutem, tanquam ad patriam feſtinat.

Τὰς ἡδονὰς θήρευε, τὰς μετὰ δόξης· τέρψις γὰρ σὺν τῷ καλῷ μὲν ἄριστον, ἄνευ δὲ τούτου κάκιστον ἔφη Ἰσοκράτης.

Voluptates ſectare, quæ cum gloria conjūctæ ſunt. Oblectatio enim cum honeſtate conjuncta, optima eſt, ſine hac autem, peſſima: dixit Iſocrates.

Ἄν τι πράξῃς καλὸν μετὰ πόνου, ὁ μὲν πόνος οἴχεται, τὸ δὲ καλὸν μένει· ἄν τι ποιήσῃς αἰσχρὸν μετὰ ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὺ οἴχεται, τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει. ἔλεγε Μουσώνιος.

Si quid honeſti egeris cum labore, labor quidem evaneſcit, honeſtum autem remanet: Si quid vero turpiter egeris cum voluptate, voluptas evaneſcit, turpitudo vero manet: dixit Muſonius.

Ὁ αὐτὸς εἶπεν· ὑπερβολὴν ἀναισχυντίας εἶναι, τὸ πρὸς μὲν τὰς τῶν πόνων ὑπομονὰς μεμνῆσθαι τῆς τοῦ σώματος ἀσθενείας, πρὸς δὲ τὰς τῶν ἡδονῶν ἐκλανθάνεσθαι.

Idem dicebat: Extremæ impudentiæ eſſe, in ſubeundis & ſuſtinendis laboribus, meminiſſe corporis imbecillitatis, erga voluptates autem ejus oblivíſci.

Ἐπειδὴ Μουσώνιος ὁ φιλόσοφος βασιλέα τινὰ ἀπὸ τῆς Συρίας χαριέντως καὶ μουσικῶς πρὸς τὸ ἀσκεῖν τὴν σωφροσύνην, καὶ φεύγειν τὰς ἡδονὰς ἔτυχε παρακαλῶν, ἡσθεὶς ὁ βασιλεὺς τοῖς λόγοις, χάριν τε ἔχειν ὡμολόγει τῶν εἰρημένων αὐτῷ. καὶ ἄν τι τούτων, ἔφη, αἴτησον, ὅ, τι βούλει με· οὐ γὰρ ἂν ἀντείποιμί σοι περὶ οὐδενός. ὁ γοῦν Μουσώνιος, αἰτῶ σε, ἔφη, τούτοις στοιχεῖν καὶ ἕπεσθαι τοῖς λόγοις, οὓς ἐπαινεῖς. καὶ γὰρ ἐμοὶ οὕτω χαριεῖ μάλιστα, καὶ ὠφεληθήσῃ αὐτὸς οὐχ ἑτέρως μᾶλλον.

Cum Muſonius philoſophus, regem quendam Syriæ venuſta & eleganti oratione ad colendam temperantiam, & vitandas voluptates hortatus eſſet: rex his Muſonii dictis oblectatus, & gratiam ejus orationi habuit, & petendi, quodcunque vellit, optionem ei detulit: nulla enim in re, dixit, repulſam apud me patieris. Reſpondit Muſonius: Peto ut orationi meæ, quam adeo laudas, obſequaris. Nam & mihi hoc pacto maxime gratum

gratum facies, & tu ipse majorem inde, quam ex ulla alia re, utilitatem consequeris.

Σοφοκλέα ἤρετό τις πρεσβύτην ὄντα, εἰ ἔτι πλησιάζει γυναικὶ, ὁ δ' εὐφήμει, ἔφη· ἀσμενέστατα γὰρ ἀπέφυγον, ὥσπερ λυττῶντα καὶ ἄγριον δεσπότην.

Sophoclem grandem natu interrogabat quidam, num adhuc consuesceret uxori: at ille Bona verba, inquit: libentissime enim effugi hanc libidinem, tanquam rabidum & ferum dominum.

Διογένης κατεγέλα τῶν τὰ μὲν ταμεῖα κατασημαινομένων, μόχλοις, καὶ κλεισὶ, καὶ σημαντῆρσι, τὸ δὲ σῶμα τὸ αὐτῶν πολλαῖς θυρίσι καὶ θύραις ἀνοιγόντων, διὰ τοῦ στόματος, αἰδοίων, καὶ ὤτων, καὶ ὀφθαλμῶν.

Diogenes irridebat eos, qui cellas promptuarias observant vectibus & seris & signaculis: corpus autem suum multis fenestris & januis aperiunt, per os & pudẽda, & aures, & oculos.

Ἡδονὴ, ὡς Βασίλειος ἔφη, μήτηρ ἐστὶ τῆς ἁμαρτίας· ἡ δὲ ἁμαρτία, κέντρον ἐστὶ τοῦ θανάτου· ἡδονὴ, τροφὸς τοῦ αἰωνίου σκώληκος, ἣ πρὸς καιρὸν λιπαίνει τὸν ἀπολαύοντα, ὕστερον δὲ πικρότερον χολῆς ποιεῖται τὰς ἀνταποδώσεις.

Voluptas, ut Basilius dixit, peccati parens est. Voluptas est mortis stimulus. Voluptas est nutrix vermis æterni, quæ aliquantisper se fruentem exhilarat, postea vero amariorem felle mercedem tribuit.

Διογένης ἔλεγε, τῶν οἴκων ἔνθα πλείστη τροφὴ, πολλοὺς μῦς εἶναι, καὶ γαλᾶς. καὶ δὴ σώματα τὰ πολλὴν τροφὴν δεχόμενα, καὶ νόσους πολλὰς ἐφέλκεσθαι.

Diogenes dicebat, Earum domorum, in quibus copia alimenti sit, multos esse mures & feles: sic etiam corpora quæ multum cibi sumant, morbos quoque multos adsciscere.

Εὐσέβιος ἔλεγε. Τῶν αἰσχραῖς ἐπιθυμίαις ἐπιχειρούντων, ἐλεύθερον μηδένα νόμιζε. τῆς γὰρ τῆς ψυχῆς δούλους κεκτημένων πολὺ βαρυτέροις

τέρψεις ἤτοι δεσπότας δουλεύουσι.

Eusebius dicere solebat: Eorum, qui fœdis voluptatibus dediti sunt, nullum tu liberum existimes. Hi enim multo sævioribus dominis serviunt, quam sunt illi, qui fortuna servos comparant & possident.

Φεῦγε ἡδονήν, τίκτει γὰρ λύπην. ἔτι δὲ, Φεῦγε τὴν τέρψιν διὰ τὴν θλίψιν, ἔφη τις τῶν παλαιῶν σοφῶν.

Fuge voluptatem, parit enim dolorem. Item, Fuge voluptatem propter comitem afflictonem: quidam ex veteribus sapientibus dixit.

Δημόκριτος ἔλεγεν, ἀνδρεῖον εἶναι, οὐ τὸν πολεμίων μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἡδονῶν κρείσσονα.

Democritus dixit, Fortem esse, non tantum qui hostes, sed etiam qui voluptates vincat.

Locus LXXXVII.

DE VERECUNDIA, PUDORE.

Κάτων ὁ πρεσβύτερος τῶν νέων ἔφη, χαίρειν τοῖς ἐρυθριῶσι μᾶλλον, ἢ τοῖς ὠχριῶσιν. Ὅτι τὸ ἐρύθημα ἀγαθὴν μὲν φύσιν δηλοῖ, ὦχρος δὲ οὐ.

Cato senior aiebat, sibi magis placere juvenes, qui rubescerent, quam qui pallescerent, Quod rubor arguat bonam indolem, pallor non item.

Ὁ αὐτὸς ἰδών ποτε μειράκιον ἐρυθριῶν, θάρρει, ἔφη· τοιοῦτόν ἐστι ἀρετῆς τὸ χρῶμα.

Idem adolescenti cuidam erubescenti, Bono animo sis, inquit, fili, istiusmodi est virtutis color.

Δημήτριος τοὺς νέους ἔφη δεῖν ἐπὶ μὲν τῆς οἰκίας τοὺς γονεῖς αἰδεῖσθαι, ἐν δὲ ταῖς ὁδοῖς τοὺς ἀπαντῶντας, ἐν δὲ ταῖς ἐρημίαις ἑαυτούς.

Demetrius dicebat juvenes oportere domi quidē parentes, in itineribus autem

tem obvios, in solitudine vero, seipsos revereri. ¶ Plato jubet parentes suis liberis αἰδῶ πολλὴν οὐ χρυσὸν καταλείπειν. Id est, non aurum, sed multum pudoris relinquere. ¶ Et in Eutiphrone inquit, ἵνα γε δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς. Ubi est timor, ibi & pudor.

Locus LXXXVIIII.

DE TRISTITIA.

Σωκράτης ἐρωτηθεὶς, πῶς ἂν τις ἄλυπος διάγοι, τοῦτο ἀδύνατον εἶπεν. οὐ γὰρ ἔστι πόλιν ἢ οἰκίαν οἰκοῦντα, καὶ ἀνθρώποις ὁμιλοῦντα, μὴ λυπεῖσθαι.

Socrates interrogatus, quomodo quis vitam tristitia vacuam degeret, respondit: Hoc fieri non potest. Nam qui in civitate aut familia habitat, & hominibus conversatur, non potest non aliquando tristari.

Ἐπίκτητος ἐρωτηθεὶς, πῶς ἂν τις ἐχθρὸν λυπήσῃ, ἔφη ἑαυτὸν παρασκευάζων βέλτιστα πράττειν.

Epictetus interrogatus, quomodo quis hosti dolorem excitare posset, dixit: Si quis ira compararet seipsum, ut optima quæque faciat.

Οὐδεὶς ἀλύπως τὸν βίον διήγαγεν ἄνθρωπος ὤν, οὐδ᾽, ἄχρι τέλους ἔμεινεν εὐτυχῶν, ἔφη Ποσίδιππος.

Nullus hominum sine tristitia vitam transegit, neque fortunatus ad finem usque permansit, ut inquit Posidippus.

Εὐριπίδης ἔλεγεν· Οὐκ ἔστι εὑρεῖν βίον ἄλυπον ἐν οὐδενί.

Euripides dicebat, Non posse in quoquam reperiri vitam plane tristitia vacuam.

Ζήνων ὁ Στοϊκὸς φιλόσοφος, ὁρῶν τινα τῶν γνωρίμων ὑπὸ τῶν ἀγρῶν περισπώμενον, εἶπεν· ἐὰν μὴ σὺ τούτους ἀπολέσῃς, οὗτοί σε ἀπολέσουσι.

Zeno, Stoicus philosophus, cum videret familiarem quendam curis & ne-

gotiis agri nimis intentũ, dixit: Nisi tu agrum perdideris, ipse te perdet.

Locus LXXXIX.

DE FORTUNA.

Διονύσιος ὁ νεώτερος ἐρωτηθεὶς πῶς ὁ μὲν πατὴρ αὐτοῦ πένης ὢν καὶ ἰδιώτης, ἐκτήσατο τὴν Συρακουσίων ἀρχὴν, αὐτὸς δὲ ἔχων καὶ τυράννου παῖς ὢν, πῶς ἀπέβαλεν ὁ μὲν πατὴρ, ἔφη, μοὶ τὴν τυραννίδα τὴν ἑαυτοῦ κατέλιπεν, οὐ τὴν τύχην.

Dionysius junior, percontanti quomodo factum esset, ut cum pater ipsius tenui fortuna ac privatus, sibi Syracusanorum principatum paravisset, ipse vero eum tenens, & regis filius, amisisset: Pater, inquit, mihi quidem regnum suum, sed non fortunam relinquit.

Βίων ἔφη, τὰ χρήματα τοῖς πλουσίοις ἡ τύχη οὐ δεδώρηται, ἀλλ' δεδάνεικεν.

Bion dixit: Fortuna divitibus pecunias non donavit, sed mutuo dedit.

Ἀπελλῆς ὁ ζωγράφος ἐρωτηθεὶς, διὰ τὶ τὴν τύχην καθημένην ἔγραψεν, οὐχ ἕστηκε γὰρ, εἶπε,

Apelles pictor interrogatus, cur sedentem fortunam pinxisset, dixit, Quia non consistit.

Πολλῶν τῶν κατορθωμάτων Φιλίππῳ τῷ βασιλεῖ καὶ καλῶν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, προσαγγελθέντων, πρῶτον μὲν ὅτι τεθρίππῳ νενίκηκεν ὀλύμπια· δεύτερον δὲ, ὅτι Παρμενίων ὁ στρατηγὸς, μάχῃ Δαρδανεῖς ἐνίκησε· τρίτον δ', ὅτι ἄρρεν αὐτῷ παιδίον ἐκύησεν Ὀλυμπιὰς ἀνατείνας εἰς οὐρανὸν τὰς χεῖρας, Ὦ δαῖμον, εἶπε. μικρόν μοι κακὸν ἀντὶ τοσούτων καὶ τηλικούτων ἀγαθῶν ποίησον· οὐ γὰρ ἐπίστευε τῇ παρούσῃ τύχῃ, εἰδὼς ὅτι σφαλερή ἐστι, καὶ μεγάλοις εὐτυχήμασι φθονεῖν πέφυκεν.

Cum regi Philippo nuntium esset allatum, uno die multas ejus res feliciter ac prospere gestas esse: nam Tethrip-

Tethrippo vicerat in Olympiis: & Parmenio, ejus Dux bellicus, Dardanenſes prælio vicerat: & uxor Olympias ipſi maſculum fœtum (Alexandrum) enixa erat: porrectis in cœlum manibus exclamavit, O fortuna! miſce his tot & tantis bonis parvum aliquod malum. Non enim credebat præſenti fortunæ, ſciret eam inconſtantem eſſe, & magis ſucceſſibus invidere ſolere.

Δημοσθένης ἔλεγε, τὰ μὲν τῆς τύχης ὀξείας ἔχειν μεταβολάς.

Demoſthenes dicere ſolitus eſt, Fortunam habere celeres mutationes.

Μένανδρος ἔφη, οὐκ ἐξεῖναι εἰπεῖν ζῶντα, τοῦτ' οὐ πείσομαι.

Menander dixit, Neminem dum vivit, poſſe dicere, Hoc vel illud non patiar.

Δημοσθένης εἶπεν, ὅστις ἄνθρωπος ὢν ἀνθρώπῳ τύχην προσφέρει, παντελῶς ἀνόητον ἡγεῖσθαι, ἐπειδὴ ὁ βέλτιστα πράττων οὐκ οἶδεν, εἰ μενεῖ τοιαύτη ἡ τύχη μέχρι τῆς ἑσπέρας.

Demoſthenes dixit, ſe illum inſanum judicare, qui alteri fortunam exprobrat; cum nemo hominum ſciat, etiamſi florens ſit, an ad veſperum ſit eadem fortuna manſura.

Σωκράτης ἔλεγεν· Ὥσπερ οἱ ἐν εὐδίᾳ πλέοντες καὶ τὰ πρὸς τὸν χειμῶνα ἔχουσιν ἕτοιμα. οὕτως οἱ ἐν εὐτυχίᾳ φρονοῦντες, καὶ πρὸς τὴν ἀτυχίαν ἡτοιμάκασι βοηθήματα.

Socrates dicebat: Ut qui navigant ventis ſecundis, inſtrumenta quoque parata habent, quibus ſe contra tempeſtatem adverſam muniant: ita qui cum bona fortuna ſapiunt, etiam ad infortunia ſibi auxilia præparant.

Ἀριστώνυμος εἶπε· Κυβερνήτου ἀγαθοῦ ἔργον εἶναι, εἰς τὰς τῶν πνευμάτων μεταβολὰς ἁρμόσασθαι· ἀνδρὸς δὲ σοφοῦ, πρὸς τὰς τῆς τύχης.

Ariſtonymus dicebat: Boni gubernatoris eſſe, ventorum ſe mutationibus accommodare: viri autem ſapientis, fortunæ.

Ξενοφῶν ἔφη· δοκεῖν χαλεπώτερον εἶναι, εὑρεῖν ἄνδρα τἀγαθὰ καλῶς φέροντα, ἢ τὰ κακά· τὰ μὲν γὰρ ὕβρειν τοῖς πολλοῖς. τὰ δὲ σωφροσύνην τοῖς πᾶσιν ἐμποιεῖν.

Xenophon dixit: Longe difficilius esse invenire virum bona eleganter ferentem: quam mala. Nam res secundas multos impellere, ut fiant audaciores & petulantiores, at res adversas omnes sanos ad modestiam flectere.

Δημοσθένης ἔλεγε· σπουδαίων ἀνθρώπων εἶναι, ὅταν βελτίστῃ τύχῃ χρῶνται, τότε πλείω τὴν σπουδὴν πρὸς τὸ σωφρονεῖν ἔχειν.

Demosthenes dicebat: ingenuorum hominum officium esse, cum fortuna utuntur secundissima, tum maxime modestiæ studere.

Δίων εἶπε. Ταυτὸν εἶναι, ἐπὶ εὐτυχίᾳ φρονεῖν, καὶ ἐπὶ ὁδοῦ ὀλισθηρᾶς σταδιοδρομεῖν.

Dion dicebat: Idem esse, in secundis rebus superbire, & in lubrica via cursu contendere.

Ταῖς εὐτυχίαις εἴωθεν ὡς ἐπίπαν ἀκολουθεῖς ῥαθυμία καὶ καταφρόνησις, ὡς Διόδωρος ἔφη.

Res secundas solet ut plurimum ignavia & fastus comitari: ut Diodorus dicere solitus est.

Οὔτε τῷ καλῶς ἀγρὸν φυτευσαμένῳ δῆλον, ὅστις καρπώσεται, οὔτε τῷ καλῶς οἰκίαν οἰκοδομησαμένῳ, ὅστις οἰκήσει, ἔφη Ξενοφῶν.

Neque bene conserenti agrum notum est, quis fructus percepturus sit, æque domum splendide ædificanti, quis sit inhabitaturus: dixit Xenophon.

Δημοσθένης ἔφη, τὸ μὲν πέρας, ὡς ἂν ὁ δαίμων βουληθῇ, πάντων γίγνεσθαι.

Demosthenes dicebat, Rerum omnium talem esse exitum, quam fortuna velit. ¶ Item, Μεγάλη ῥοπὴ, μᾶλλον δὲ ὅλον, ἡ τύχη παρὰ πάντ' ἐστὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα. Multum in fortuna momenti est, ac ea potius sola in omnibus mortalium rebus dominatur.

Locus XC.

DE HOMINE ET Imbecilitate humana, Erroribus humanis, Calamitatibus humanis.

Ἡρόδοτος ἔλεγεν· εἶναι θνητῶν οὐδένα, οὐδ' ἔσεσθαι, τῷ κακὸν ἐξ ἀρχῆς γινομένῳ συνεμίχθη· τοῖς δὲ μεγίστοις αὐτῶν μέγιστα.

Herodotus dixit : Neminem mortalium esse, nec ullum fore, cui semel genito non admixtum sit malum : maximis vero quibusque, maxima mala contingere.

Ὁ αὐτὸς εἶπεν· Οὐδὲν τῶν ἀνθρωπίνων βέβαιον εἶναι, ἀλλὰ πάντα φέρεσθαι φορᾷ τινὶ παραλόγῳ.

Idem dixit : Nihil in rebus humanis stabile esse, sed omnia temeraria quodam motu ferri.

Ξενοφῶν ἔφησεν, Ἅπαντα προσδοκᾶν δεῖν ἄνθρωπον ὄντα.

Xenophon dixit, omnia homini expectanda esse.

Ὁ μεμνημένος, ἔφη Ἰσοκράτης, τί ἐστιν ἄνθρωπος, ἐπ' οὐδενὶ τῶν συμβαινόντων δυσχερανεῖ.

Qui meminit (inquit Isocrates) quid homo sit, is propter nullum evenientem casum immodice tristabitur.

Ἄνθρωποι ἀπὸ σαπροῦ καὶ παλαιοῦ σήμονος κρεμάμενοι, εἶπε Πλούταρχος.

[Homines a veteri & quidem putrido filo pendent, inquit Plutarchus.

Ἀριστοτέλης ἔλεγεν, Ἄνθρωπον εἶναι ἀσθενείας ὑπόδειγμα, καιροῦ λάφυρον, τύχης παίγνιον, μεταπτώσεως εἰκόνα, φθόνου καὶ συμφορᾶς πλάστιγγα, τὸ δὲ λοιπὸν, φλέγμα καὶ χολήν.

Aristoteles dicere solebat homienm esse imbecillitatis exemplum, temporis spolium, fortunæ lusum, inconstantiæ imaginem, invidiæ & calamitatis trutinam : reliquum vero pituitam & bilem.

Σωκράτης ἔλεγε, νομίζειν, ἀεὶ τοὺς θεοὺς γελᾶν ὁρῶντας τὴν τῶν ἀνθρώπων κενοσπουδίαν.

Socra-

Socrates dicere solebat, se credere, quod Dii semper rideant intuentes inane studium hominum.

Τὸ μέλλον [ὥσπερ Δημοσθένης ἔφη] ἅπασιν ἀνθρώποις ἄδηλον, καὶ μικροὶ καιροὶ μεγάλων πραγμάτων αἴτιοι γίγνονται. διὸ δεῖ μετριάζειν ἐν ταῖς εὐπραξίαις, καὶ προορωμένους τὸ μέλλον φαίνεσθαι.

Rerum eventus (ut Demosthenes dixit) omnibus hominibus sunt obscuri, & parva occasionum momenta ad res maximas causæ existunt: ideo in secunda fortuna moderatos nos præstare, futurisque providos oportet.

Τὸ μέλλον, ἀόρατον· ἔφη Ἰσοκράτης.

Quid futurum sit, nemo prævidere potest: dixit Isocrates.

Ἰσοκράτης εἶπε, τοὺς μὴ ἄεισα φρονοῦντας ἐνίοτε, διαμαρτάνειν τοῦ συμφέροντος.

Isocrates dixit, etiam sapientissimos quosq; interdum ab eo quod utile sit aberrare. ¶ Pertinet huc Æschili dictum: Ἁμαρτάνει τε καὶ σοφοῦ σοφώτερος. Errat etiam sapiente sapientior. ¶ Et Philo inquit: Τὸ μὴ μηδὲν ἁμαρτάνειν συνόλως ἴδιον θεοῦ. In nulla re errare, omnino Dei proprium est. ¶ Καὶ γὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸς ποτε μὲν κακὸς, ἄλλοτε δ' ἐσθλὸς. Vir bonus interdum bonus est, mox labitur idem.

Ὁ αὐτὸς ἔφασκε. Πάντες πλείω πεφύκαμεν ἐξαμαρτάνειν, ἢ κατορθοῦν.

Idem dixit: Omnes errare & peccare potius, quam præclari & recti quid agere solemus.

Ξενοφῶν ἔφη, Τὸ ἁμαρτάνειν ἀνθρώπους ὄντας, οὐδὲν θαυμαστὸν.

Xenophon dixit, Non esse mirum, si homines peccent.

Δημοσθένης εἶπε· Ῥᾷστον ἁπάντων εἶναι, αὑτὸν ἐξαπατῆσαι.

Demosthenes dicere solitus est, Omnium esse facilimum, seipsum decipere.

Ὁ αὐτὸς

Ὁ αὐτὸς ἔλεγε, Πολλῶν τὸ σοφὸν, ἠλίθιον εἶναι.

Idem dixit, Multorum ſapientiam, ſtultitiam eſſe.

Ἐν Χαιρωνείᾳ τοὺς Ἀθηναίους ἡνίκα ἐνίκησεν ὁ Φίλιππος, ἐπαρθεὶς τῇ συντυχίᾳ ὅμως λογισμῷ ἐκράτησε, καὶ οὐχ ὕβρισε, καὶ διὰ τοῦτα ᾤετο δεῖν αὐτὸν ὑπομιμνήσκεσθαι ὑπό τινος τῶν παίδων τούτοις τοῖς λόγοις· Ἔγειρε ὦ βασιλεῦ, καὶ μέμνησο ἄνθρωπος ὤν.

Cum in Chæronea Philippus Athenienſes viciſſet, animum elatum ratione compeſcuit. & ne quid per contumeliam & faſtum committeret, hoc inſtituit, ut quotidie in aurora ab aliquo puerorum his verbis admoneretur : Surge rex, & hominem te eſſe cogita.

Δημώναξ ἐρωτηθεὶς πότε ἤρξατο φιλοσοφεῖν, Ὅτε καταγινώσκειν, ἔφη, ἐμαυτοῦ ἠρξάμην.

Demonax interrogatus, quando cœpiſſet Philoſophari, Tum dixit, cum cognoſcere meipſum incepi.

Σωκράτης ἐρωτηθεὶς, διὰ τί οὐ συγγράφει, ὅτι εἶπεν, ὁρῶ τὰ χαρτία πολὺ τῶν γραφησομένων τιμιώτερα.

Socrates interroganti, cur nihil ſcriptum ederet : reſpondit, Quia video chartam multo pretioſiorem, quam illa quæ ſcribenda eſſent.

Θεόκριτος ἐρωτηθεὶς, ἐπὶ ποιημάτων, διὰ τί οὐ συγγράφει, ὅτι, εἶπεν, ὡς μὲν βούλομαι, οὐ δύναμαι, ὡς δὲ δύναμαι, οὐ βούλομαι.

Theocritus quærenti quare poemata non ſcriberet, dixit : Quoniam ut libet, non poſſum : ut vero poſſum, non libet.

Ἐπειδὴ ὁ Παυσανίας μετὰ τὴν μάχην Πλαταιᾶσι Σιμωνίδην τὸν φιλόσοφον λαμπρῶς εἱστία, καὶ μεγαλαυχούμενος διὰ τὴν κοινὴν νίκην, πολλὰ καὶ ἔλεγε καὶ ἔπραττε ὑπερηφανικῶς, ὑπέμνησεν αὐτὸν Σιμωνίδης τὴν σωφροσύνην λέγων. Μέμνησο ἄνθρωπος ὢν τὴν τοῦ λόγου δύναμιν, τότε μὲν οὐ συνῆκε Παυσανίας, ἀλλὰ ὀλίγῳ ὕστερον δεινὰ παθὼν, αὐτὸν ἀληθῆ εἶναι μεμαρτυρήκασι. παρὰ Ξέρξου γὰρ

γὰρ μισθὸν λαβὼν ἔμελλε προδιδόναι τὴν Σπάρτην, φωραθέντος δὲ τούτου, ἐν ἱερῷ πεφραγμένῳ κατακλεισθεὶς λιμῷ ἀπέθανε. ἀλλὰ περὶ τῆς τελευτῆς ἡμέρας καὶ νύκτας ἄνω καὶ κάτω περιπατῶν συνεχῶς τό· ὦ Σιμωνίδης, ὦ Σιμωνίδης, ἀνέλαβεν. ἐρωτώντων δὲ τῶν τοῦ ναοῦ φυλάκων, διὰ τί ταύτην τὴν φωνὴν ἂν αἴρῃ, διέλαθεν αὐτοῖς τὴν τοῦ Σιμωνίδου παραίνησιν ἐν τῇ ἑστιάσει παραδοθεῖσαν.

Cum Pausanias post pugnam Platæensem Philosophum Simonidem convivio splendido & magnifico excepisset, & sibi valde placeret, spiritus altos gerens propter victoriam recentem, & multa faceret ac diceret insolenter, cum gravissime Simonides de modestia commonefecit, inquiens, Mementote esse hominem. Hujus dicti gravitatem non intellexit in præsentia Pausanias, sed paulo post magno suo malo comprobavit. A Xerxe enim mercede accepta Spartā prodire volebat. Quod cum innotuisset, inclusus est sacello bene munito, quo non poterat evadere, & fame ibi necatus est. Sed ante suum obitum noctes & dies sursum & deorsum obambulans, assidue hanc vocem repetivit, O Simonides, O Simonides. Quærentibus autem custodibus sacelli, cur toties hanc vocem ingeminaret, narravit eis commonefactionem, quam ei subjecerat Simonides in convivio.

Φαβωρῖνος εἶπε· τοὺς ἀνθρώπους πῇ μὲν εἶναι γελοίους, πῇ δὲ ἐλεεινούς, πῇ δὲ μισητούς· γελοίους μὲν θρασύτητι μειζόνων ὀρεγομένους· μισητοὺς δέ, ἐπιτυχόντας. ἐλεεινοὺς δὲ ἀμαρτάνοντας.

Phavorinus homines partim esse ridiculos, partim odiosos, partim miserabiles dixit. Ridiculos quidem, qui ambitiose ad majora aspirant: odiosos, qui ea consequuntur: miserabiles autem qui spe falluntur.

Ξενοφῶν ἔλεγε· χαλεπὸν εἶναι οὕτω τι ποιῆσαι, ὥστε μηδὲν ἁμαρτεῖν.

Xeno-

Xenophon dicebat, Difficile esse sic aliquid agere, ut in nulla re pecces.

Πλάτων εἶπε, Τοὺς ἀνθρώπους τὰ πλείστου ἄξια περὶ ἐλαχίστου ποιεῖσθαι, τὰ δὲ φαυλότερα, περὶ πλείονος.

Plato dicebat, Homines illa, quæ maximi pretii sunt, nihili facere: quæ autem minoris pretii sunt, plures facere.

Τὰς τῶν ἄλλων ἀτυχίας ἐπιβλέπων, καὶ σεαυτὸν ὡς ἄνθρωπος ὢν ὑπομιμνήσκης· ἔφη Ἰσοκράτης.

Cum aliorum calamitates intueris, etiam tibi ipsi, quod homo sis, in mentem revoca: dixit Isocrates.

Οὐδεὶς ἀλύπως τὸν βίον διήγαγεν ἄνθρωπος ὤν, οὐδ' ἄχρι τέλους ἔμεινεν εὐτυχῶν· ἔφη Ποσίδιππος.

Nullus hominum sine tristitia vitam transegit, neque fortunatus ad finem usque mansit: dixit Posidippus.

Δημοσθένης ἔλεγε, Τὰ ἀγαθὰ προσδοκᾷν δεῖν, καὶ τῷ θεῷ εὔχεσθαι διδόναι· πάντα δ' ἀνθρώπινα ἡγεῖσθαι.

Demosthenes dixit: Bona expectanda esse, Deumque rogandum, ut ea nobis largiatur: omnia autem illa, humana existimanda esse.

Locus XCI.

DE MORBO, VALEtudine.

Ἀντίγονος νοσήσας νόσον, ἀνέῤῥωσεν, οὐδὲν, ἔφη, χεῖρον. ὑπέμνησε γὰρ ἡμᾶς ἡ νόσος, μὴ μέγα φρονεῖν, ὡς ὄντας θνητούς.

Antigonus cum ægrotasset, recuperata sanitate, Nihilo pejus est, inquit, Siquidem hic morbus submonuit nos, ne animo efferamur, cum simus mortales. Apud Stobæum hæc oratio Alexandro tribuitur.

Ἀλέξανδρος τοξεύματι πληγεὶς εἰς τὸ σκέλος, ὡς πολλοὶ συνέδραμον τῶν πολλάκις εἰωθότων αὐτὸν θεὸν προσαγορεύειν, διαχυθεὶς τῷ προσώπῳ.

πω. Τȣτὶ μὲν, αἷμα [εἶπεν] ὡς ὁρᾶτε, καὶ ȣ̓κ ἰχὼρ, οἷ ὅσπερ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσι· καταγελῶν δῆπȣ τῆς τῶν κολάκων ψυδολογίας, αὐτȣ̃ τȣ̃ πράγματος λαλȣ̃ντος, ὅτι ȣ̓δὲν ἄλλο, πλὴν ἄνθρωπος ἐτύγχανεν ὤν.

Cum Alexandro in bello crus esset sagitta vulneratum, multique accurrerent, qui ipsum frequenter Deum appellare consueverant, exporrecta hilarique fronte (ad Homeri carmen alludens) dixit: Hic sanguis est, quem videtis, liquorque qualis divis solet emanare beatis. Nimirum irridens adulatorum vanitatem, cum ipsa res declararet, ipsum nihil aliud esse, quam hominem.

Πλάτων ἔλεγεν, ȣ̓κ εἶναι ὑγιείας κρεῖττον ȣ̓δὲν ἐν βίῳ.

Plato dicere solebat, Nihil esse melius in vita, quã bonam valetudinem.

Ὁ αὐτὸς εἶπεν, Ὑγιαίνειν ἄριστον· δεύτερον καλὸν γενέσθαι· τρίτον πλȣτεῖν ἀδόλως.

Idem dicebat, Optimum esse bene valere: proximum, pulchrum esse: tertium, sine dolo ditescere: ¶ Citatur ab eodem hæc sententia in libris de Legibus his verbis: Λέγεται ὡς ἄριστον ὑγιαίνειν, δεύτερον δὲ κάλλος, τρίτον δὲ πλȣ̃τος.

Πλȣ́ταρχος ἔλεγε, ποθεινὸν εἶναι νοσȣ̃σιν ὑγείαν, καὶ πολεμȣμένοις εἰρήνην.

Plutarchus dicere solebat. Bonam valetudinem ægrotantibus desideratam rem esse, ut est pax illis, qui belli incommoda sentiunt.

Κικέρων ἔφη, τὴν ὑγείαν μάλιστα ἀπαιτεῖν πέψιν, ἀλυπίαν, περίπατον σύμμετρον, τέρψιν, εὐλυσίαν κοιλίας.

Cicero dixit, bonam valetudinem inprimis requirere concoctionem, indolentiam, deambulationem moderatam, animi hilaritatem, & alvum solutam.

Ἰσοκράτης εἶπε, μέγιστον τῶν ἀγαθῶν εἶναι, τὴν ἐπὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ὑγίειαν.

Isocra-

Isocrates dixit, Maximum bonum esse mentem sanam in corpore sano.

Ὑγείαν εὔχονται παρὰ θεῶν αἰτοῦνται οἱ ἄνθρωποι [ἔφη Δημόκριτος] τὴν δὲ ταύτης δύναμιν παρ' ἑαυτοῖς ἔχοντες οὐκ ἴσασιν. ἀκρασίᾳ γὰρ τὰ ἐναντία πράσσοντες, αὐτοὶ προδόται τῆς ὑγείας γίνονται.

Homines a Deo sanitatem petunt (inquit Democritus) ignorant autem quod ejus potestatem penes se habeant. Nam per intemperantiam facientes ei contraria, ipsi proditores suæ sanitatis exsistunt.

Μία τῶν νόσων αἰτιῶν, ἐδεσμάτων ἡ πολυειδία ἐστίν· ἔφη Ἀντιφάνης.

Una morborum causa est, ciborum varietas: dixit Antiphanes.

Ἡ αὐτάρκεια, καὶ τροφή ἐστι, καὶ ἡδονή, καὶ ὑγεία· τὸ δὲ πλέον, λύπη καὶ ἀηδία, νόσος, Ἀντιφάνης.

Tantum comedere & bibere, quantum satis est, & nutrit corpora, & voluptate afficit, & sana conservat. Nimium autem & pernitiem adfert corpori, & insuave est, & morbos generat, dixit Antiphanes. Huc & Celsi dictum pertinet: Multi magni morbi abstinentia & quiete arcentur & curantur. Hæc duo dicta tanquam Regulas tuendæ valetudinis meminerimus.

Locus XCII.

DE LUDO, RECREATIONE ANIMI, Voluptate licita.

Ἀναξαγόρας τὰς διδομένας ἀφεὶς τιμὰς, ᾐτήσατο τὴν ἡμέραν ἐκείνην, καθ' ἣν ἂν τελευτήσῃ, τοὺς παῖδας ἀφεῖναι παίζειν καὶ σχολάζειν ἀπὸ τῶν μαθημάτων· ἔγνωκεν γὰρ αὐτὴρ ὁ ἐλλογιμώτατος τῶν νεανίσκων φύσιν τῷ λίαν σπουδάζειν ἐκνευρίζεσθαι ἀναψυχῇ δὲ πρὸς τὰ νέα ἔργα προθυμοτέραν γίγνεσθαι.

Anaxagoras publice decretis honoribus repudiatis id solum postulavit, ut quo die mortem obiret, pueris,

qui diſciplinis & artibus operam darent, permitteretur otiari & ludere. Senſit enim vir doctiſſimus ingenia adoleſcentum nimio ſtudio frangi, recreatione autem & refocillatione ad novos labores agiliores fieri.

Παίζειν ὅπως σπουδάζῃ κατ' Ἀνάχαρσιν, ὀρθῶς ἔχειν δοκεῖ. ἀναπαύσει γὰρ ἔοικεν ἡ παιδία. ἀδυνατοῦντες δὲ συνεχῶς πονεῖν, ἀναπαύσεως δέονται.

Ludere ut ſerias res agere poſſis Ancharſis ſententia conceſſum eſt. Quoniam enim ludus requieti & ceſſationi ſimilis eſt, & laborem ſempiternum ferre minime poſſumus, ceſſatione opus eſt.

Ὥσπερ ὄργανον ἄνεσιν, καὶ ἐπίτασιν λαμβάνον ἡδὺ γίνεται· οὕτω καὶ βίος. ἔφη ὁ Δημόκριτος.

Quemadmodum inſtrumentum, quod remittitur & intenditur, jucundo voluptate oblectat: Sic etiam vitæ ratio hominum & otio & negotio diſpertienda eſt: dixit Democritus.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγε. Βίος ἀνεόρταστος, ἐστὶν ὁδὸς ἀπανδόκευτος.

Idem dicere ſolebat: Vita ſine feſtivitatibus, eſt longa via ſine diverſorio.

Πλούταρχος εἶπε, Τὴν ἀνάπαυσιν, τῶν πόνων ἄρτυμα εἶναι.

Plutarchus dicebat, Requiem eſſe condimentum laborum.

Δίων ἔλεγε· χρῆναι δεσπόζειν ἐπιεικῶς, καὶ ἀνεθῆναι τοῖς βουλομένοις ἐπιτρέπειν. αἱ γὰρ ἀνέσεις παρασκευαστικαὶ τῶν πόνων εἰσὶ, καὶ τόξον, καὶ λύρα, καὶ ἄνθρωπος ἀκμάζει διὰ ἀναπαύσεως.

Dion dicere ſolebat: Oportere moderate dominari: & recreari cupientibus id permittendum eſſe. Remiſſiones enim & ab exantlatis laboribus, quies ad novos labores homines præparant: & ſicut arcus & lyra, ita & homines quiete vigent.

Γελλίας ὁ Ἀκραγαντῖνος ἐπιξενωθεὶς ἀνδρὶ σκληρῷ, καὶ ἀπὸ παντὸς πορίζοντι,

ὃς

ὅς οὐδὲ καθεύδειν τοῖς οἰκέταις ἐπέτρεπεν, ἀλλ' ἄλλος ἄλλό τι τὴν νύκτα εἰργάζετο. ἀποδεξάμενος καὶ αὐτὸς τοῦτον εἰς Ἀκράγαντα ἀφικόμενον· καὶ μετὰ δεῖπνον συνεκάλει τὰ παιδία τῶν οἰκετῶν. [τὰ δὲ ἦν πολλά] καὶ τοῖς μὲν ἐδίδου κάρυα, τοῖς δὲ σῦκα ξηρά. ἐρομένου δὲ ἐκείνου, πόθεν παιδία τοιαῦτα, ταῦτα, ἔφη, οἱ ἐμοὶ οἰκέται ἐν νυξὶ ποιοῦσι.

Gellias Agrigentinus, hoſpitio exceptus apud hominem durum & undicunque facientem quæſtũ, qui ne dormire quidem famulis permittebat, ſed alius aliud operabatur noctu: eundem & ipſe poſtea, cum Agrigentum veniſſet, ſuſcepit, & convocatis famulorum pueris (qui permulti erant) nuces & caryces diſtribuit. Interrogante autem hoſpite, unde tot pueri; Hos famuli mei, dixit, noctu faciunt. ¶ Voluit autẽ hoc ſpectaculo hoſpitem durum & avarum ad humanitatem erga ſervos exercendam flectere, ac ad requiem & recreationẽ ipſis labore feſſis concedendam invitare.

Πλούταρχος ἔφη. Δοτέον τοῖς παισὶν ἀναπνοὴν τῶν συνεχῶν πόνων. ἐνθυμουμένοις ὅτι πᾶς ὁ βίος ἡμῶν εἰς ἄνεσιν καὶ σπουδὴν διήρηται· καὶ διὰ τοῦτο οὐ μόνον ἐγρήγορσις, ἀλλὰ καὶ ὕπνος εὑρέθη.

Plutarchus dicere ſolebat: danda eſt pueris ab aſſiduis laboribus reſpiratio: idque conſiderandum, quod tota noſtra vita in remiſſionẽ & ſerium ſtudiũm diviſa ſit: quam ob cauſam non vigilia ſolum, ſed ſomnus etiam inventus eſt.

Locus XCIII.

DE PIETATE IN Præceptorem.

Εἰπόντος Διονυσίου πρὸς Πλάτωνα, ὡς ἀφαιρήσει τὶς τράχηλον, παρὼν Ξενοκράτης τῷ διδασκάλῳ, καὶ δείξας τὸν ἴδιον, οὐκ ἄν γε ἔφη, τὶς πρότερον τούτου.

Cum Platoni Dionyſius diceret: Aliquis tibi auferet

teret caput: Xenocrates, qui tunc præceptori aderat, non prius, inquit, quam hoc, suum ostendens caput.

Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς ἐρωτηθεὶς, τίνα μᾶλλον ποθεῖ, τὸν πατέρα Φίλιππον, ἢ Ἀριστοτέλην, τὸν διδάσκαλον, Ἀριστοτέλην, ἔφη· ὁ μὲν γὰρ τοῦ γενέσθαι, ὁ δὲ τοῦ καλῶς γενέσθαι αἴτιος ἦν.

Alexander rex cum interrogatetur, Utrum magis disideraret patrem Philippum, an Aristotelem? Aristotelem magistrum, inquit: ille enim ut essem, hic autem ut præclare institutus essem, auctor fuit. ¶ Recitatur & hoc dictum hoc modo. Ἀριστοτέλην ὁ Ἀλέξανδρος θαυμάζων, καὶ ἀγαπῶν, οὐκ ἧττον ὡς αὐτὸς ἔλεγε, τοῦ πατρὸς, ὡς δι' ἐκεῖνον μὲν ζῶν, ὑπ' ἐκεῖνον ὑπ' αὐτοῦ, ὕστερον ἀποπλότερον ἔχειν. Alexander Aristotelem summa prosequens admiratione dicere solebat, se illum non minus, quam patrem amare: Ab hoc enim vivendi, ab illo autem bene vivendi rationem & causam se assecutum esse.

Locus XCIIII.

DE CONSUETUDINE, ASSUETUDINE, More.

Πλάτων θεασάμενός τινα κυβεύοντα ἠτιάσατο, τοῦ δ' εἰπόντος, ὡς ἐπὶ μικροῖς; ἀλλὰ τό γε ἔθος, εἶπε, οὐ μικρόν.

Plato videns aliquem aleis ludentem, increpavit eum: cum autem respondisset, Sic objurgas ob rem parvam? At parvum, inquit, non est assuescere.

Φίλων ἔλεγε· χαλεπὸς εἶναι συνήθειαν μακρὰν ἰάσασθαι.

Philo dicebat, Difficile esse, longæ consuetudini mederi.

Οἱ πολλοὶ, ὡς εἶπε Δημοσθένης, νόμον τὸ ἔθος ποιοῦσι.

Vulgus (ut Demosthenes dixit) habet consuetudinem pro lege.

Αἴσωπος ἔλεγεν· ἡ συνήθεια.

ἥδεια καὶ τὰ φοβερὰ τῶν πραγμάτων εὐπρόσιτα ποιεῖ.

Æsopus dixit: Consuetudo etiam res terribiles accessu faciles reddit.

Χρυσόστομος ἔφη· οὐδὲν οὕτως ἰσχυρὸν παρὰ ἀνθρώποις, ὡς συνηθείας παλαιᾶς τυραννίς.

Chrysostomus dicebat: Nihil tam firmum est in rebus humanis, quam veteris consuetudinis Tyrannis.

Δημοσθένης εἶπεν· τὸν ἐν μικροῖς συνεθιζόμενον ἀδικεῖν. τοῦτον τὰ μεγάλα τῶν ἀδικημάτων εὐχερέστερον προσδέξεσθαι.

Demosthenes dixit: Eum qui in parvis rebus delinquere assueverit, facile ad majora facinora impelli posse.

Δυσαναβίβαστος ἡ ψυχὴ ἐπὶ ταῦτα ἀφ' ὧν ὠλίσθησε καλῶν· δυσκαταβίβαστος τε τούτων, ὧν συνεθίσθη κακῶν. ἔφη Ἰουστῖνος.

Vix denuo erigitur animus ad bona illa, a quibus dilapsus est: & ægre retrahitur ab illis malis, quibus assuetus est: dixit Justinus

Πυθαγόρας παρῄνει τοῖς ἑταίροις αἱρεῖσθαι βίοτον ἄριστον. καὶ γὰρ εἰ ὁ ἐπιπονώτατος εἴη, ἀλλὰ τῇ συνηθείᾳ ἡδὺν αὐτὸν ποιήσειν.

Pythagoras, familiares suos hortabatur, ut optimum vivendi genus sibi deligerent: quamvis enim id laboriosissimum esset, consuetudine tamen jucundum fore. ¶ Hæc sententia & hoc modo inter Plutarchi Apophthegmata recitatur: Βίον αἱροῦ τὸν ἄριστον. τοῦτον γὰρ ἡδὺν ἡ συνήθεια ποιήσει. Optimam vitæ rationem elige: eam enim jucundam efficiet consuetudo.

Βασίλειος εἶπεν· Ἔθους χωρισμὸς, καὶ τοῖς ἀλόγοις ἐστὶ δυσφορώτατος καὶ ποτε εἶδον ἐγὼ βοῦν ἐπὶ φάτνης δακρύοντα, τοῦ συνόμου αὐτοῦ καὶ ὁμοζύγου τελευτήσαντος.

Basilius dixit: Ab assuetis disjungi, etiam animalibus rationis expertibus difficile & molestũ est. Et ipse aliquando animadverti bovẽ, qui ad præsepe fleeium

socium bovem & in pastu & in jugo subeundo, mortuum fleret.

Γρηγόρ. ὁ Ναζιαν. ἔλεγε. ῥᾷον ἀπ' ἀρχῆς μὴ ἐνδῦναι κακίᾳ, δὲ περιοῦσαν διαφυγεῖν, ἢ προβαίνουσαν ἀνακόψαι, καὶ φανῆναι ταύτης ἀνώτερος.

Gregor. Nazianzenus dicebat: Facilius esse, a principio non se vitiis dedere, & effugere nascens quam natum abscindere, atque eo superiorem fieri.

Ὁ αὐτὸς εἶπε. Δικτύῳ ὕδωρ κομίζειν καὶ πλίνθον πλύνειν εὐπετέστερον, ἢ κακίαν φυτευθεῖσαν χρόνῳ πολλῷ ἐν ἀνθρώπου ψυχῇ ἐξελεῖν.

Idem dicebat: Reticulo aquam ferre, & laterem lavare, facilius esse, quam vitium in hominis animo diuturno tempore plantatum, eximere.

Δημόκριτος ἔφη. Πόνος συνεχὴς ἐλαφρότερος ἑαυτοῦ τῇ συνηθείᾳ γίνεται.

Democritus dicebat: Labor continuus consuetudine sit seipso levior.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγεν· οἱ ἑκούσιοι τῶν ἀκουσίων ὑπομονὴν ἐλαφροτέραν παρασκευάζουσι.

Idem dicere solebat: Voluntarii labores involuntariorum laborum patientiam efficiunt leviorem. ¶ Pertinet huc Isocratis præceptum: Γύμναζε σεαυτὸν πόνοις ἑκουσίοις, ὅπως ἂν δύναιο καὶ τοὺς ἀκουσίους ὑπομένειν. Exerce te laboribus voluntariis, ut & involuntarios sustinere possis.

Οἱ ἐκ μακρᾶς συνηθείας μελετηθέντες πόνοι, ἀλυπότερον προσπίπτουσι τοῖς ἐγγεγυμνασμένοις. ἔφη ὁ Χαρικλῆς.

Longe consuetudine exercitari labores minori molestia ab exercitatis suscipiuntur: dixit Caricles.

Locus XCV.

DE EXERCITATIONE, Usu.

Μελέτη πάντα δύναται. ἔλεγεν ὁ Περίανδρος.

Ex-

Exercitatio potest omnia: dixit Periander.

Πρωταγόρας εἶπε· μηδὲν εἶναι μήτε τέχνην ἄνευ μελέτης, μήτε μελέτην ἄνευ τέχνης.

Protagoras asserebat, nec artem sine exercitio quicquam esse, nec exercitium sine arte.

Ἐμοί γε δοκεῖ [ἔφη Ξενοφῶν] πάντα τὰ καλὰ καὶ τὰ ἀγαθὰ ἀσκητὰ εἶναι.

Mihi sane videtur, (dixit Xenophon) omnia quæ honesta & bona sunt, exercitatione comparari posse.

Δημοσθένης ἐρωτηθεὶς, πῶς τὴν ῥητορικὴν περιεγένετο; πλέον, ἔφη, ἔλαιον οἴνου δαπανήσας.

Demosthenes interrogatus, quo pacto sibi oratoriam facultatē comparasset: plus olei, dixit, quam vini consumendo.

Ὁ αὐτὸς εἴ ποτε ἔμελλε τῇ ὑστεραίᾳ ἔσεσθαι ἐκκλησίας, ἀλλὰ ἐκεῖνός γε διὰ τῆς νυκτὸς ἠγρύπνει πάσης, διαφροντίζων δηλονότι καὶ ἐκμανθάνων ταῦτα ἃ ἔμελλεν ἐρεῖν. ὁ τοίνυν Πυθέας ἐκ τούτων ἀπέσκωπτεν εἰς αὐτὸν ἐπιλέγων. αὐτοῦ τὰ ἐνθυμήματα ἐλλυχνίων ὄζειν.

Idem si quando postridie concionem ad populum habiturus esset, totam noctem præcedentem vigilabat, scilicet ad meditandum & ediscendum quæ dicturus erat. Hanc igitur ob causam Pytheas torquebat in eum dicteria, inqniens, sententias ejus ellychnia redolere. ¶ Alias legitur, τοὺς λόγους τοῦ Δημοσθένους λύχνον ἀπόζειν, id est, Orationes Demosthenis lucernam redolere.

Διογένης οὐδὲ γε μὴν ἔλεγε τὸ παράπαν ἐν τῷ βίῳ χωρὶς ἀσκήσεως κατορθοῦσθαι δυνατὴν δὲ ταύτην πᾶν ἐκνικῆσαι.

Diogenes dicebat. Nil in vita omnino absque exercitatione perfici: [illegible]

vero omnia exſuperare poſſe.

Εἰδέναι χρὴ [ἔφη ὁ Ἐπίκλητος] ὅτι οὐ ῥᾴδιον δόγμα παραγίνεσθαι ἀνθρώπῳ, εἰ μὴ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν τὰ αὐτὰ καὶ λέγῃ τις, καὶ ἀκούῃ, καὶ ἅμα χρῷτο πρὸς τὸν βίον.

Sciendum eſt (dixit Epictetus) non poſſe homini cujuſcunque doctrinæ cognitionem contingere, niſi quotidie eadem & legat, & audiat, & ſimul ad uſum in vita transferat.

Πολλάκις λεγόμενα [ἔλεγε Πλάτων] καὶ ἀεὶ ἀκουόμενα, καὶ πολλὰ ἔτη, μόγις ὥσπερ χρυσὸς ἐκκαθαίρεται μετὰ πολλῆς πραγματείας.

Etiam cum ſæpe doctrina eadem repetitur (dixit Plato) & multis annis repetitur, vix tamen ut aurum perpurgatur cum magnis exercitiis.

Χρὴ τῇ μαθήσει καὶ τὴν ἄσκησιν ἐπακολουθεῖν, ἔφη Μουσώνιος.

Ad doctrinam accedere oportet uſum & exercitationem, dicebat Muſonius.

Δημάδης ἐρωτηθεὶς, τίς αὐτοῦ διδάσκαλος γεγονὼς εἴη· τὸ τῶν Ἀθηναίων ἔφη, βῆμα· ἐμφαίνων, ὅτι ἡ διὰ τῶν πραγμάτων ἐμπειρία, κρείττων πάσης διδασκαλίας ἐστιν.

Demades interrogatus, quem habuiſſet eloquentiæ magiſtrum, reſpondit, ſuggeſtum Athenienſium: Significans, optimum dicendi magiſtrum eſſe uſum atque exercitationem.

Ὁ Διογένης ἔλεγε τὴν Μήδειαν σοφὴν. ἀλλ᾽ οὐ φαρμακίδα γενέσθαι. λαμβάνουσαν γὰρ μαλακοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὰ σώματα διεφθαρμένους ὑπὸ τρυφῆς, ἐν τοῖς γυμνασίοις, καὶ τοῖς πυριατηρίοις διαπονεῖν, καὶ ἰσχυροὺς ποιεῖν καὶ σφριγῶντας. ὅθεν περὶ αὐτῆς ῥυῆναι τὴν δόξαν. ὅτι τὰ κρέα ἕψουσα νέους ἐποίει.

Diogenes Medæam dicebat non veneficam, ſed ſapientem fuiſſe. Acceptis enim mollibus & effœminatis hominum corporibus, confirmaſſe ipſa gymna-

gymnasiis ac exercitiis, & robusta vigentiaque reddidisse: Hinc famã emanasse, quod Medæa coquendo carnes, homines in juventutem restituisset.

Δημόκειτος ἔλεγε· πλέονας ἐξ ἀσκήσεως ἀγαθοὺς γίγνεσθαι, ἢ ἀπὸ φύσιος.

Democritus dicebat: Plures fieri exercitatione bonos, quam natura.

Ὁ αὐτὸς εἶπε· πόνον συνεχῆ, ἐλαφρότερον ἑαυτοῦ τῇ συνηθείᾳ γίνεσθαι.

Idem dixit: Laborem continuum consuetudine fieri seipso leviorem.

Γεραιὰν τινά φασι μόσχον μικρὸν ἀγκαλιζομένην, καὶ τοῦτο καθ' ἡμέραν ποιοῦσαν, λαθεῖν βοῦν φέρουσαν.

Ferunt anum quandam, cum quotidie parvum vitulum sublatum gestaret, & nullum diem intermitteret, tandem adultum quoque bovem gestasse.

Locus XCVI.

DE MENDICITATE, *Mendicantibus, Paupertate.*

Ἐπαίτης ᾔτησέ τι Λάκωνα, ἀλλ' εἰ δοίην σοι, ἔφη, μᾶλλον πτωχεύσεις· τῆς δ' ἀσχημοσύνης σου ταύτης ὁ πρῶτος μεταδοὺς, αἴτιος ἀργόν σε ποιήσας.

Mendicus quidam petiit aliquid a Lacone: At ille, si quid, inquit, dedero magis es futurus mendicus. Nam probrosæ vitæ tuæ fuit auctor, qui primus tibi dedit, eoque te ignavum reddidit.

Διογένης αἰτῶν τινά· καὶ γὰρ τοῦτο πρῶτον ἐποίησε διὰ τὴν ἀπορίαν, ἔφη, εἰ μὲν καὶ ἄλλῳ δέδωκας, δὸς κἀμοί. εἰ δὲ μηδενὶ, ἀπ' ἐμοῦ ἄρξαι. σημαίνων ἑαυτὸν οὐκ εἶναι χείρονα ἄλλων προσαιτῶν.

Diogenes, cum inopia coactus cœpisset mendicare, dicere solebat: Si cui alteri dedisti, da & mihi: Si nemini, a me incipe significans se non inferiorem esse cæteris mendicis.

Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς διὰ τί προσαίταις μὲν οἱ ἄνθρωποι ἐπιδιδόασι φιλοσόφοις δὲ οὔ, ἔφη ὅτι χωλοὶ μὲν καὶ

M 2 πυφλοὶ

τυφλοὶ γὐνέσθαι ἐλπίζουσι, φιλοσοφῆσαι δ᾽ οὐδαμῶς.

Idem percontanti, cur homines cæteris mendicis benigne largirentur, philosophis autem non item: Quoniam, inquit, sperant citius futurum, ut claudi cœcique fiant, quam philosophi.

Ὁ αὐτὸς ἄσωτον ᾔτει μνᾶν. πυθομένου δὲ διὰ τί τοὺς μὲν ἄλλους ὀβολὸν ζητεῖ, αὐτὸν δὲ μνᾶν· ὅτι, εἶπε, παρὰ μὲν τῶν ἄλλων πάλιν ἐλπίζω λαβεῖν. παρὰ δὲ σοῦ θεῶν ἐν γούνασι κεῖται, εἰ πάλιν λήψομαι.

Idem a prodigo petebat minam: a quo cum rogaretur, cur ab aliis obulum, a se vero peteret minam: Quia, inquit, ab aliis me denuo accepturum spero, abs te vero an rursus accepturus sim, in genibus deorum positum est.

Δημόκριτος ἔλεγε. ξένοις μεταδίδου καὶ τοῖς δεομένοις ἐκ τῶν ἐόντων. ὁ γὰρ μὴ διδοὺς δεομένῳ. οὐδὲ αὐτὸς λήψεται δεόμενος.

Democritus dicere solebat: Hospitibus & egenis impertire de rebus tuis. Nam qui non dat indigenti, nec ipse accipiet, cum indigebit.

Ὁ αὐτὸς εἶπεν· ὅταν τὴν χάριν καταθῇς θᾶττον τὴν χάριν δίδου, ἡ γὰρ βραδυτὴς λυμαίνεται τὴν δόσιν.

Idem dixit: Si cui benefacturus es, statim facito. Tarditas enim vitiosum reddidit munus.

Ὁ αὐτὸς ἔφη· μικραὶ χάριτες ἐν καιρῷ, μέγισται εἰσι τοῖς λαμβάνουσι ταύτας ἐν περιστάσει.

Idem dicebat: Parva beneficia tempestiva, maxima sunt accipientibus ea in adversitate.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγε, Δυνάμενος χαρίζεσθαι, μὴ βράδυνε, ἀλλὰ δίδου, ἐπιστάμενος μὴ εἶναι τὰ πράγματα μόνιμα.

Idem dicebat: Si benefacere potes, ne cuncteris, sed largire, sciens quod non res sint stabiles.

Φώπιος

Φώτιος ὁ πατριάρχης εἶπεν. Οἱ δαπανῶντες εἰς ἀναξίους, δι' ὧν ἐχρῆν θεραπεύεσθαι τοὺς ἀξίους, τρισὶν ἀτόποις ἐνόχους ἑαυτοὺς ἀποφαίνουσιν. ἐζημίωσαν γὰρ ἑαυτοὺς, ἐνύβρισαν τοὺς χρηστοὺς, τοὺς φαύλους ἐνίσχυσαν, ὕλην ἁμαρτιῶν χορηγήσαντες.

Photius Patriarcha dixit: Qui largiuntur indignis ea, quæ dignis conferri debebant, tria committunt absurda: Nam & ipsi jacturam faciunt, & in bonos injuriosi sunt, & malos roborant, materia vitiorum suppeditata.

Δίδυμος ἔφη· Μείζονα καὶ σπουδαιοτέραν τὴν ἐπιμέλειαν ποιοῦ εἰς τοὺς δι' ἀρετὴν καὶ θεοσέβειαν πτωχεύσαντας, ἢ πενομένους ὁμοίως καὶ τοὺς ἐκ νόσων ἢ συμπτωμάτων ἀπορήσαντας, παρὰ τοὺς ἐκ κακοπραγμοσύνης, ἢ ἀσωτίας πτωχεύσαντας.

Didymus dixit: Qui mendici vel pauperes propter virtutem & pietatem facti sunt, illos magis ac diligentius curare debes: Itidem qui propter morbos aut casus adversos inopia laborant, in illos magis beneficus esto, quam qui ex malo facinore aut luxuria ad paupertatem redacti sunt.

Πτωχῶν ὕλαι ἀεὶ κεναί· ἔτι δὲ πτωχοῦ πήρα οὐ πίμπλαται· ἔφη Σουΐδας.

Mendicantium sacculi semper vacui. Item, Mendici pera non impletur: dixit Suidas.

Vide locum de Paupertate.

Locus XCVII.

DE SPE.

Ἀριστοτέλης ἐρωτηθεὶς, τί ἐστιν ἐλπὶς; ἐγρηγορότος, εἶπεν, ἐνύπνιον.

Aristoteles interrogatus, quid esset Spes? Respondit, vigilantis somnium.

Σωκράτης ὁ τῶν φιλοσόφων σοφώτατος ἔλεγεν. Οὔτε γυναῖκα χωρὶς ἀνδρὸς, οὔτε ἐλπίδα χωρὶς πόνου, γίνεσθαί τι χρήσιμον.

Socrates Philosopho-

rum sapientissimus dicere solebat: neque mulierem sine viro, neque spem absque labore, quicquam utile parare.

Δημόκειτος ἔφη· Ἐλπίδες αἱ τῶν ὀρθὰ φρονεόντων, ἐφικταὶ, αἱ δὲ τῶν ἀξυνέτων, ἀδύνατοι.

Democritus dicere solebat: Spes recte sapientium voti compos fieri potest, insipientium vero impossibilis est.

Χρυσόστομος ἔλεγεν. Οὐδὲν οὕτω τρέφει ψυχὴν, ὡς ἐλπὶς ἀγαθὴ, καὶ τὸ χρηστὰ προσδοκᾶν.

Chrysostomus dixit: Nihil perinde animam nutrit & vegetat, atque spes læta, & bonorum exspectatio.

Λεύκιππος ἔφη. Τὰ ἡδέα, κἂν μή πω παρῇ, τέρπειν ταῖς ἐλπίσι.

Leucippes dixit: Illa quæ jucunda sunt, licet nondum adsint præsentia, spe tamen delectare.

Θαλῆς ὁ Μιλήσιος ἐρωτηθεὶς, τί κοινότατον, ἀπεκρίνατο ἐλπίς· καὶ γὰρ οἷς ἄλλο μηδὲν, αὕτη πάρεστιν.

Thales Milesius interrogatus, Quid maxime commune esset? Spes respondit: Hanc enim etiam illi habent, qui aliud nihil.

Διογένης ἐρωτηθεὶς, τί τῶν κατὰ τὸν βίον ἀκρότατον, εἶπεν, ἐλπίς.

Diogenes interrogatus, Quidnam in vita extremum esset: Spes, dixit.

Νεῖλος ἔφη, Τὸ ἀπροσδόκητον κακὸν, θορυβεῖ πάντως ἐπελθόν· τὸ δὲ προσδοκηθὲν, συντεταγμένην πρὸς τὴν πεῖραν εὑρὸν τὸν λογισμὸν, κουφότερον ποιεῖ τὸ δεινόν.

Nilus dixit: Malum insperatum omnino perturbat, cum ingruit: quod vero exspectabatur, compositam & præparatam ad periculum mentem inveniens, calamitatem leviorem reddit.

Ὁ αὐτὸς εἶπε· Τὸ ἐλπισθὲν ἀγαθὸν εἰς τοὐναντίον περιτραπὲν, ἀπαραμύθητον

μύθητον ἔχει τὸ πάθος.

Idem dixit: Bonum speratũ, si secus & in contrarium cadens nos fallat, affectum vix ullo mitigandum solatio gigni.

Ὥσπερ τοῖς σκέλεσιν, οὕτω καὶ ταῖς ἐλπίσι πρὸς τὰ δυνατὰ βαδίζειν δεῖ, ἔφη Ἐπίκτητος. Νουθετούμεθα δὲ τούτῳ τῷ λόγῳ ἕκαστοι, ἐξέτασιν ποιεῖν τῆς δυνάμεως τῆς ἡμετέρας, καὶ μὴ μείζω περιβάλλεσθαι, ὧν οἷοί τ' ἐσμὲν καταχεῖν.

Ut pedibus, ita & spebus ad possibilia eundem est: dixit Epictetus. Singuli autem hoc dicto monemur, ut metiamur nostras vires, et nihil tentemus aut suscipiamus impossibile.

Ταράττει τὸ ἀπροσδόκητον καὶ οὐκ εἰθισμένον, ἔφη Οὐλπιανός.

Omne insperatum & insuetum turbat, dixit Ulpianus.

Δημοσθένης ἔλεγε· Τοὺς ἀνθρώπους ταράττει τὸ παρὰ γνώμην γεγονὸς, καὶ πολλὴν ἀθυμίαν αὐτοῖς παρέχει.

Demosthenes dixit: Turbat homines quicquid præter exspectationem accidit, & magnam molestiam ipsis exhibet.

Οὔτε ναῦν ἐξ ἑνὸς ἀγκυρίου, οὔτε βίον ἐκ μίας ἐλπίδος ὁρμιστέον· ἔφη Σωκράτης.

Neque navem unica anchora, neque vitam una spe fultam esse oportere: dixit Socrates.

Locus XCVIIII.

DE FRUGALITATE, *Parsimonia.*

Πλούταρχος ἔλεγεν· ἐν εὐδίᾳ τὰ πρὸς τὸν χειμῶνα προσήκειν παρασκευάζειν.

Plutarchus dicebat, In tranquillitate comparanda esse illa, quæ in tempestate usui esse possint.

Γρηγόριος ὁ θεολόγος ἔφη· τὸ αὐτὸ τῆς δυσχερείας, καὶ κτήσασθαί τι τῶν ἀγαθῶν οὐχ ὑπάρχον, καὶ κληθὲν διασώσασθαι.

Gregorius ille Theologus

ξus dixit: Æque difficile esse, vel acquirere bonum aliquod ab initio, vel acquisitum conservare.

Δημοσθένης ἔλεγε· πολλάκις δοκεῖν τὸ φυλάξαι τἀγαθὰ τοῦ κτήσασθαι χαλεπώτερον εἶναι.

Demosthenes dicebat: Sæpe difficilius videri, bona parta tueri, quam parare.

Ὁ αὐτὸς εἶπε, καὶ τὰς κρήνας καὶ τὰ φρέατα τὸ ὕδωρ ἐκλείπειν πεφυκέναι. ἐάν τις ἀπ' αὐτῶν ἀθρόα καὶ πολλὰ λαμβάνῃ.

Idem dicebat: Et fontes & puteos deficere solere, si quis magnam aquæ copiam, & crebro ex illis hauserit.

Ὁ αὐτὸς ἔφη· τοῖς φειδομένοις καὶ ἐργαζομένοις οὐδενὸς προσδεῖν πόρου.

Idem dicere solebat: Hominibus frugalibus & laboriosis nullo opus esse commeatu.

Διογένης θεασάμενος ἐπὶ ἀσώτου οἰκίᾳ ἐπιγεγραμμένον, πράσιμος, ἤδειν [εἶπεν] ὅτι οὕτω κραιπαλῶσα, ῥαδίως ἐξεμέσεις τὸν κεκτημένον.

Diogenes cum vidisset prodigi cujusdam domui inscriptum, Venalis: sciebam, inquit, quod præ nimia carpula facile dominum evomeres.

Ὁ αὐτὸς ἄσωτον θεασάμενος ἐν πανδοκείῳ ἐλαίας ἐσθίοντα. ἔφη, οὐκ ἂν οὕτως ἐδείπνεις.

Idem prodigum quendam intuitus oleas in diversorio edentem, si sic prandisses, ait, nunc non ita cœnares.

Βίων πρὸς τὸν τὰ χωρία κατεδηδοκότα. Τὸν μὲν Ἀμφιάραον ἔφη, ἡ γῆ κατέπιε, σὺ δὲ τὴν γῆν.

Bion ad eum, qui agros suos devoraverat, Terra, inquit, Amphiaraum absorbuit, sed terram tu.

Πυθαγόρας ἔλεγεν, ὅτι οὐδεὶς οὐσίαν, ἣν αὐτὸς ἐκτήσατο, κατέφαγεν, ἣν δὲ παρ' ἄλλου παρέλαβε.

Pythagoras dicebat, neminem opes a se conquisitas & partas abliguriisse, sed

sed ab aliis acceptas.

Ἡ αὐτάρκεια, ἔφη Χρυσόστομος καὶ τροφή ἐστι, καὶ ἡδονή, καὶ ὑγεία. τὸ δὲ πλέον, λύμη καὶ ἀηδία καὶ νόσος.

Sobria frugalitas, dixit Chrysostomus, & alimentum est, & voluptas & sanitas: nimium vero noxa, & fastidium, & morbus.

Locus XCXI.

ΠΕΡΙ CONSCIENTIA.

Σωκράτης ἐρωτηθεὶς, τίνες ἀταράχως ζῶσιν, Οἱ μηδὲν ἑαυτοῖς, εἶπεν, ἄτοπον συνειδότες.

Socrates interrogatus, quinam tranquille & citra perturbationem viverent, Qui, inquit, sibi nullius absurditatis, conscii sunt.

Βίας ἐρωτηθεὶς, τί ἂν εἴη τῶν κατὰ τὸν βίον ἄφοβον, εἶπεν, ὀρθὴ συνείδησις.

Bias interrogatus, quidnam in vita metu vacaret? dixit, Recta conscientia.

Πλάτων εἶπε· Τῷ μηδὲν ἑαυτῷ ἄδικον συνειδότι, ἡδεῖαν ἐλπίδα ἀεὶ παρεῖναι.

Plato dixit, Ei, qui nullius culpæ sibi conscius est, jucundam semper spem adesse.

Ναζιανζηνὸς ἔλεγεν, οὐδὲν οὕτως εὐφραίνειν ἡμᾶς, ὡς τὸ συνειδὸς καθαρεύειν.

Nazianzenus dixit, Nullam rem tam nos exhilarare, quam bonam conscientiam.

Περίανδρος ἐρωτηθεὶς, τί ἐστιν ἐλευθερία, εἶπεν, ὀρθὴ συνείδησις.

Periander interrogatus, quid esset libertas? Recta conscientia, dixit.

Μηδέποτε μηδὲν αἰσχρὸν ποιήσας, ἔλπιζε λήσειν. καὶ γὰρ ἂν ἄλλους λάθῃς, σεαυτῷ συνειδήσεις, ἔφη Ἰσοκράτης.

Nunquam sperare debes, si quid turpe feceris, te latiturum. Quamvis enim alios lateas, tute tamen

men tibi conscius eris, dixit Isocrates.

Πυθαγόρας ἔλεγε, Κακὰ μείζω πάσχειν διὰ τῆς συνειδήσεως τὸν ἀδικοῦντα βασανιζόμενον, ἢ τὸν τῷ σώματι καὶ ταῖς πληγαῖς μαστιγούμενον.

Pythagoras dicebat, Virum iniquum plus mali pati afflictum conscientia, quam illum, qui in corpore castigatur, & flagris cæditur.

Πλούταρχος ἔφη· τὸ συνειδὸς οἷον ἕλκος ἐν σαρκὶ, τῆς ψυχῆς τὴν μεταμέλειαν αἱμάσσουσαν ἐναπολείπειν.

Plutarchus dicebat: Facinorosam conscientiam, instar ulceris in corpore, pœnitentiam relinquere in animo, pungentem jugiter ac lauciantem.

Ἀσφαλὴς πᾶς τόπος τῷ ζῶντι μετὰ δικαιοσύνης. ἔφη Ἐπίκτητος.

Quivis locus tutus est homini, qui juste vitam agit: dixit Epictetus.

Locus C.

DE VINO.

Ῥώννυσι μὲν οἶνος σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν λόγος θεοῦ. ὥσπερ ὁ ἅγιος Εὐάγριος εἴρηκε.

Corpus quidem vino roboratur, anima vero verbo Dei, ut sanctus Eugarius dixit.

Οἶνος [ὡς Βασίλειος εἶπε] τὸ παρὰ θεοῦ δῶρον εἰς παραμυθίαν τῆς ἀσθενείας διδόμενον τοῖς σωφρονοῦσιν, ὅπλον νῦν γέγονε ἀκολασίας τοῖς ἀσελγαίνουσιν.

Vinum (ut Basilius dixit) a Deo datum temperantibus donum ad consolationem infirmitatis, lascivientibus nunc factum est instrumentum luxuriæ.

Ὁ αὐτὸς εἶπε. Τὸν λογισμὸν, καὶ τὸν νοῦν ὁ οἶνος καταβαπτίζει. τὰς δὲ ἐπιθυμίας, καὶ τὰς ἡδονὰς ὥσπερ ἔλαιον φλόγα ἐξάπτει.

Idem dicebat: Rationem & mentem vinū demergit: affectus autem & voluptates, ut oleum flamma

ma accendit.

Επι δὲ· Ὥσπερ ὕδωρ πολέμιόν ἐστι πυρί. οὕτως ἀμετρία οἴνου λογισμὸν κατασβέννυσι σώφρονα.

Item : Sicut aqua repugnat igni : sic immoderatus vini usus mentem sobriam exstinguit.

Πλάτων ἐνομοθέτησε, τοὺς παῖδας μέχρις ἐτῶν ιη τὸ παράπαν οἴνου μὴ γεύεσθαι. διδάσκων, ὡς οὐ χρὴ πῦρ ὀχετεύειν εἴς τε τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν, πρὶν ἐπὶ τοὺς πόνους ἐγχειρεῖν πορεύεσθαι. μετὰ δὲ τοῦτο ἤθελεν αὐτοὺς οἴνου γεύεσθαι τοῦ μετρίου μέχρι λ ἐτῶν, μέθης δὲ καὶ πολυοινίας τὸ παράπαν ἀπέχεσθαι τὸν νέον.

Plato lege sancivit, ut pueri usque ad decimum octavum annum vini usum prorsus ignorarent. Nempe eos monens, non oportere ignem igni in corpus atque animam suggerere, anteaquam viri facti subire labores incipiant. Deinde voluit eos vino moderate uti usque ad ætatis annum trigessimum. Ab ebrietate vero & vini repletione voluit juvenes omnino abstinere.

Πλούταρχος εἶπεν Οἶνον καὶ σαρκῶν ἐμφόρησιν σῶμα μὲν ἰσχυρὸν ποιεῖν καὶ ῥωμαλέον, ψυχὴν δὲ ἀσθενῆ.

Plutarchus dixit, Potationem vini ; & ingestionem carnium, validũ quidem corpus efficere ac robustum, sed animum imbecillum.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγε· Διόνυσον τοῖς ἀνθρώποις τὸ τοῦ γήρως αὐστηρότερον δυσωπήσαντα, ἐπινοεῖν τὸν οἶνον φάρμακον. ὥστε ἀνηβᾷν αὐτοὺς, καὶ δυσθυμίας λήθην γίγνεσθαι· μαλακώτερον ἐκ σκληροτέρου τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος, καθάπερ εἰς πῦρ σίδηρον ἐντιθέντα γιγνόμενον, καὶ οὕτως εὐπλαστότερον εἶναι.

Idem dicebat : Bacchũ hominibus vinum quasi remedium adversus senectutis duritiem esse largitum, ut rejuvenescere videantur, & mœstitiæ eos capiat oblivio, ipsaque affectio animi, sicut ferrum in igne, ex duritie in mollien-

em deducta, flexibilior fiat.

Διογένης ἐρωτηθεὶς, ποῖον οἶνον ἡδέως πίνει, ἔφη, Τὸν ἀλλότριον.

Diogenes interrogatus, quodnam vinum libenter biberet, respondit, alienum.

Ἀμαθίαν, ὥς φησιν Ἡράκλειτος, καὶ ἄλλως κρύπτειν ἔργον ἐστὶ ἐν οἴνῳ δὲ χαλεπώτερον. καὶ Πλάτων φησὶν, Ἐν οἴνῳ τὰ ἤθη φανερὰ γίγνεσθαι.

Ruditatem, ut ait Heraclitus, cum alias celare non est facile, tum in vino multo maxime. Testatur & Plato, Animi mores in vino apparere.

Πλάτων εἶπεν, Οἶνον λέγεσθαι ἀπὸ τοῦ οἴεσθαι, ὅτι οἴεσθαι νοῦν ἔχειν ποιεῖ τοὺς πίνοντας.

Plato dixit, Vinum dici a putando: quia efficit, ut qui bibunt, sapere se putent. ¶ Latini autem, Vinum a vi deducunt, quod vim inferat menti.

Locus CI.

DE CUPIDITATIBUS.

Ἀριστοτέλης ἔφη. Ἀνδρειότερος εἶναί μοι δοκεῖ, ὁ τῶν ἐπιθυμιῶν ἢ τῶν πολεμίων κρατῶν· καὶ γὰρ χαλεπώτατόν ἐστιν ἑαυτὸν νικῆσαι.

Aristoteles dicere solebat, Fortior mihi videtur ille qui cupiditates, quam qui hostes vincit. Etenim seipsum vincere difficillimum est.

Λίνος ὁ ποιητὴς ἔλεγε. Πρωτίστην κακῶν πάντων ἐπιθυμίαν εἶναι.

Linus poeta dicebat, cupiditatem omnium malorum principium esse.

Δημοσθένης ἔλεγε, Δεῖν τὸν εὖ φρονοῦντα τῷ λογισμὸν ἀεὶ τῶν ἐπιθυμιῶν κρείττω παρέχεσθαι ποιεῖν.

Demosthenes dixit, Prudentis hominis officium esse dare operam, ut appetitum rationi semper obedientem præbeat.

Πλάτων ἔφη. Τὸ νικᾷν

οὐκ ἄλλους, ἀλλ' αὑτὸν πασῶν νικῶν πρώτην τε καὶ ἀρίστην εἶναι.

Plato dixit, Vincere non alios, sed seipsum, omnium victoriam primam & optimam esse.

Σωκράτης ἐρωτηθεὶς, πῶς ἂν γένοιτό τις πλούσιος; εἰ τῶν ἐπιθυμιῶν, ἔφη, εἴη πένης.

Socrates interrogatus, quo quis pacto dives fieret, si cupiditatum inops fuerit, respondit.

Locus CII.

DE AFFECTIBUS.

Ἀριστοτέλης εἶπε, Τὸν σοφὸν οὐκ εἶναι μὲν ἀπαθῆ, μετριοπαθῆ δέ.

Aristoteles dixit, hominem sapientem non carere affectibus, sed esse modice affectum.

Ὁ αὐτὸς ἔφη. Τῆς ἀρετῆς εἶναι, καὶ ἥδεσθαι καὶ λυπεῖσθαι ἐφ' οἷς δεῖ, καὶ ὡς δεῖ.

Idem dixit, Virtutis esse, & lætari & dolere quibus de rebus oportet, & ut oportet.

Χρυσόστομος ἔλεγε, τοὺς ἁγίους (σφόδρα φιλοστόργους καὶ συμπαθητικοὺς εἶναι).

Chrysostomus dixit, Sanctos vehementes animi motus sentire, & societate alienæ ægritudinis affici.

Πυθαγόρας εἶπε, Δουλεύειν πάθεσι χαλεπώτερον, ἢ τυράννοις.

Pythagoras dicebat: Servire affectibus, gravius esse, quam tyrannis.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγεν. Ἐλεύθερον ἀδύνατον εἶναι τὸν πάθεσι δουλεύοντα, καὶ ὑπὸ παθῶν κρατούμενον.

Idem dicebat, non posse liberum esse eum, qui affectibus servit, & affectibus regitur.

Ὁ αὐτὸς εἶπεν. Οὐδένα ἐλεύθερον εἶναι, τὸν ἑαυτοῦ μὴ κρατοῦντα.

Idem dicebat: Neminem liberum esse, qui sibiipsi non imperaret.

Ἰσοκράτης ἔφη· Κόλαζε τὰ πάθη, ἵνα μὴ ὑπ' αὐτῶν τιμωρῇ.

Isocrates

Isocrates dixit : Coerce affectus, ne ipsis des pœnas.

Κράντωρ ὁ φιλόσοφος ἔλεγεν· Οὐκ ἔγωγε συμφέρομαι τοῖς τὴν ἄγριον ὑμνοῦσι καὶ σκληρὰν ἀπάθειαν, ἔξω καὶ τοῦ δυνατοῦ, καὶ τοῦ συμφέροντος οὖσαν.

Crantor Philosophus dicere solebat : Ego minime assentior his, qui istam nescio quam indolentiam magnopere laudant, cum nec potest ulla esse nec debet.

Δεῖ τὸ εὖ φρονοῦντα, ἔφη, Δημοσθένης, τὸν λογισμὸν ἀεὶ τῶν ἐπιθυμιῶν κρείττω παρέχεσθαι ποιεῖν.

Prudentis hominis officium est (dixit Demosthenes) dare operam, ut appetitum rationi obedientem præbeat.

Locus CIII.

DE MULIERE, SEXU *Muliebri.*

Δημοκρίτῳ ἔφη τις· διατὶ μέγας ὢν μικρὰν ἔγημας γυναῖκα; κἀκεῖνος εἶπε, τῶν κακῶν ἐκλογὴν ποιούμενος, τὸ ἐλάχιστον ἐξελεξάμην.

Cum Democritum quidam interrogaret, cur cum magnus esset, parvam duxisset uxorem : Ego, inquit, ex malis illud quod minimum est, elegi.

Φιλόξενος ὁ ποιητὴς, εἰπόντος τινὸς, διὰ τί Σοφοκλῆς χρηστὰς παρεισάγει τὰς γυναῖκας, αὐτὸς δὲ φαύλας, εἶπεν· ὅτι Σοφοκλῆς μὲν οἵας δεῖ εἶναι τὰς γυναῖκας, λέγει, ἐγὼ δὲ οἷαί εἰσιν.

Philoxenus poeta cum quidam eum percunctaretur, quamobrem Sophocles bonas introducat fœminas, ipse autem malas : Quia, inquit, quales oporteat esse fœminas Sophocles dicit, ego vero quales sint.

Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος φιλόσοφος, ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, εἰ συμφέρει αὐτῷ γῆμαι, εἶπεν, οὐκ εἰ μὴ γὰρ καλὴν ἕξεις.

ἕξεις κοινήν· εἰ δὲ φαύλην, ποινήν.

Aristippus Cyrenæus philosophus, a quopiam interrogatus, An sibi uxorem ducere expediret, negavit. Si enim, dicebat, duxeris formosam, habebis eam communem: sin autem deformem, habebis pœnam.

Σωκράτης ἔφη, Τειῶν κακῶν τέτευχαι γραμματικῆς, πενίας, καὶ ὀλομένης γυναικός, τῶν δύο ἐξέφυγον, ὀλομένης ἢ γυναικὸς ἐκφυγεῖν οὐκ ἐδυνήθην.

Socrates dicere solebat, Tria se mala affecutum, grammaticam, paupertatem & pernitiosam uxorem: quorum duo cum effugisset pernitiosam uxorem se effugere non potuisse.

Ο αὐτὸς Ξανθίππην κεκοσμημένην, καὶ ἐπὶ θέαν πορευομένην ἰδών, ἔφη· οὐχ ἵνα θεάσῃ γυνὴ πορεύῃ, ἀλλὰ ἵνα θεαθῇς.

Idem Xantippen ornatam & ad spectacula euntem conspicatus: Non, inquit, ut spectes ô uxor vadis, sed ut specteris.

Διογένης κοινολογουμένας γυναῖκας θεασάμενος, ἔφη· ἀσπὶς παρ' ἐχίδνης φάρμακον δανείζεται.

Diogenes conspicatus mulieres inter se colloquentes: Aspis, inquit, ut a vipera venenum mutuatur.

Ὢ τῆς ἀνθρωπίνης ταλαιπωρίας [ἔφη ὁ Ἀριστοτέλης] ὅτι πολλοὶ πολλάκις πολεμίων κρατοῦντες, καὶ ἄλλων τινῶν γυναιξὶν ἐδούλευσαν. δεῖ οὖν πάσῃ δυνάμει τὰς γυναικείας ὄψεις ἐκφεύγειν.

O miseriam humanam (dixit Aristoteles) Multi enim cum sæpe hostes & alios homines vicerint, mulieribus servierũt. Quare modis omnibus mulierum aspectus vitandus est.

Χρυσόστομος ἔφη, Οὐδὲν ἐν κόσμῳ θηρίον ἐφάμιλλον εἶναι γυναικὸς πονηρᾶς.

Chrysostomus dicebat, Nullam in mundo belluam esse quæ cum muliere mala conferatur.

Γυναικὸς οὐδὲν χρῆμα ἀνὴρ ληΐζεται ἐσθλῆς ἄμεινον

οὐδὲ

ὐδὲ ῥήγμον κακῆς, ἔφη Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρῖνος.

Uxore bona vir nullam rem possidet meliorem, neque mala deteriorem, dixit Clemens Alexandrinus.

Κάτων ἐπιτιμῶν ποτὲ τῇ μεγίςῃ τῶν γυναικῶν δυνάμει Πάντες, ἔφη, οἱ ἄνθρωποι τῶν γυναικῶν ἄρχουσιν, ἡμεῖς δὲ ἀνθρώπων ἁπάντων, ἡμῶν δὲ αἱ γυναῖκες. συλλογιζόμενος τὰς γυναῖκας εἶναι πάντων πραγμάτων κυρίας.

Cato objurgans aliquando uxorum summam potentiam, Omnes, inquit, homines uxoribus dominantur, nos omnibus hominibus, nobis autem uxores: Hoc modo colligens mulieres esse omnium rerum dominas.

Κάτων ἔφη μεταμεληθῆναι ἐν παντὶ τῷ βίῳ τρεῖς μεταμελείας. μίαν μὲν ἐπὶ τῷ γυναικὶ πιςεῦσαι λόγον ἀπόρρητον· ἑτέραν δὲ πλεύσας ὅπου δυνατὸν ἦν πεζεῦσαι· τὴν δὲ τρίτην, ὅτι μίαν ἡμέραν ἀδιάθετος ἔμεινεν.

Cato tria sibi per omnem vitam accidisse dicebat, quorum pœniteret. Primum, si quid arcani fœminæ credidisset. Alterum, si eo fuisset navigio vectus, quo pedestri itinere venire potuisset. Tertium, Si quis dies per negligentiam ipsi absque fructu effluxisset.

Ταμεῖον ἀρετῆς ἐςὶ γενναία γυνὴ, ἔφη Εὐριπίδης.

Virtutis penu est generosa mulier, dixit Euripides.

Ὁ αὐτὸς εἶπεν· Οὐδένα γυναικὸς φάρμακα ἐξευρηκέναι πονηρῆς.

Idem dicebat: Neminem adhuc remedium adversus malam mulierem invenisse.

Θεανὼ ἡ Πυθαγορικὴ ἐρωτηθεῖσα, πῶς ἔνδοξος ἔσται, ἔφη. Ἱςὸν ἐποιχομένη, καὶ ἐμὸν λέχος ἀντιόωσα.

Theano fœmina Pythagoricæ doctrinæ studiosa, interroganti quomodo celebris evasura esset respondit;

Telam

Telam contexens, & lecti fœdera servans,

Ἡ αὐτὴ παρέφηνε τὴν χεῖρα περιβαλλομένη τὸ ἱμάτιον· εἰπόντος δέ τινος, καλὸς ὁ πῆχυς, ἀλλ' οὐ δημόσιος, ἔφη νουθετῶν, ἑνὶ μόνον καλὸν εἶναι, ἀλλὰ μὴ τυχόντι· καὶ τοῦ ἐπαινοῦντος ἀκρασίας καθαπτομένη, τοῦ περὶ ἀλλοτρίου σώματος λίαν ἀκριβῶς πολυπραγμονοῦντος.

Eadem hæc vestem induens casu brachium nudavit: dicenti autem cuidam, ô pulchrum brachium, At non publicum, inquit illa: Admonens uni soli pulchrum esse, & non cuivis: & laudatores illius intemperantiam notans, qui alieni corporis nimium curiosus spectator esset.

Φειδίας ὁ γραφεὺς τὴν Ἠλείων Ἀφροδίτην ἐποίησε χελώνην πατοῦσαν, οἰκουρίας σύμβολον ταῖς γυναιξὶ καὶ σιωπῆς· δεῖ γὰρ ἢ πρὸς τὸν ἄνδρα λαλεῖν ἢ διὰ τοῦ ἀνδρὸς, μὴ δυσχεραίνουσαν εἰ δι' ἀλλοτρίας γλώττης, ὥσπερ αὐλητὴς, φθέγγεται.

Phidias pictor, Heleorum Venerem ita finxit, ut testudinem pedibus calcaret, tacite significans, mulieribus domi manendum esse & tacendum. Debet autem aut cum marito, aut per maritum loqui, non ægre ferens, si aliena lingua, tanquam tibicen, gravius loquatur.

Τὰς Αἰγυπτίας ὑποδήμασι χρῆσθαι πάτριον οὐκ ἦν, ὅπως ἐν οἴκῳ διημερεύωσι.

Ægyptiis his fuit mos, ut nuptæ sandaliis non uterentur, ut videlicet domi semper manerent.

Δεῖ, ὡς ἔλεγεν Ὑπερίδης, τὴν ἐκ τῆς οἰκίας ἐκπορευομένην, ἐν τοιαύτῃ καταστάσει εἶναι τῆς ἡλικίας, ὥστε τοὺς ἀγνοοῦντας πυνθάνεσθαι, μή τινος ἐστὶ γυνὴ, ἀλλὰ τίνος μήτηρ.

Oportet, ut inquit, Hyperides, mulierē egredientem domo hunc ætatis terminum attigisse, ut qui non noscunt eam, cujusnam sit mater, non autem cujus uxor interrogent.

Ὁ αὐτὸς εἶπε· Τὰς μὲν πρὸς

πρὸς τὸν ἄνδρα τὸν ἑαυτῆς γυναικὶ καλλωπισμοῖς ὅπως βούλοιτο χρῆναι γίγνεσθαι. τοὺς μὲν τοι περὶ τὰς ἐξόδους οὐκ ἔτι πρὸς τὸν ἄνδρα, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἑτέρους.

Idem dicebat : Domi coram viro licere uxori ornari se ut libet : ornamenta autem, quæ sumit ægressura domum, non ad maritum, sed ad alios spectare.

Ἱπποκράτης ἔφη. γυναῖκα χρῆζειν σωφρονίζοντος. ἔχειν γὰρ φύσει καὶ τὸ ἀκόλαστον ἐν ἑαυτῇ, ὅπερ εἰ μὴ καθ' ἡμέραν ἐπικόπτοιτο, ὡς τὰ δένδρα καθυλομανεῖ.

Hippocrates dicebat : Mulierem opus habere aliquo, a quo castigetur. Habere enim in natura lasciviam, quæ nisi quotidie amputetur, luxuriari & sylvescere instar arborum.

Ἔγημε Παῦλος ὁ Αἰμίλιος Παπιρίαν ἀνδρὸς ὑπατικοῦ θυγατέρα, καὶ χρόνον συνοικήσας πολὺν, ἀφῆκε τὸν γάμον, καὶ περ ἐξ αὐτῆς καλλιτεκνώτατος γενόμενος. τῶν δὲ φίλων νουθετούντων αὐτὸν. οὐχὶ σώφρων, οὐκ εὔμορφος; οὐχὶ παιδοποιός; προτείνας τὸ ὑπόδημα εἶπεν· οὐκ εὐπρεπὲς τοῦτο, οὐ νεουργές, ἀλλ' οὐκ ἂν εἰδείη τις ὑμῶν καθότι θλίβεται μέρος οὑμὸς πούς.

Uxor fuit, Paulo Æmilio Papyria, viri consularis filia, quam post longum conjugii tempus repudiavit, licet pulcherrimam sobolem ex ea suscepisset. Cum autem amici divortium improbantes, Æmilio dicerent, Nonne hæc modestia ? nonne formosa ? nonne fœcunda ? porrexit ille pedem, & calceum ostendens, Nonne, inquit, pulcher hic calceus est, nonne novus ? sed nemo vestrum novit, qua parte pedem meum premat.

Locus CIIII.

DE TEMPORE.

Ζήνων ἔλεγεν. οὐδενὸς ἡμᾶς οὕτω πένεσθαι, ὡς χρόνου. βραχὺς γὰρ ὄντως ὁ βίος, ἡ δὲ τέχνη μακρή, καὶ μᾶλλον ἡ τὰς τῆς ψυχῆς νόσους ἰάσασθαι δυναμένη.

Zeno

Zeno aiebat, Nullius rei tanta nos penuria laborare quam temporis. Revera enim brevis est vita, ars autem longa, & illa precipue, quæ morbis animi mederi potest. Longe dissensit vir sapiens ab iis, qui bonam vitæ partem perdunt somno, temulentia, nugis & alea.

Ἰσοκράτης εἶπε· Τὸ ἄκαιρον πανταχοῦ λυπηρὸν εἶναι.

Isocrates dicebat: quicquid non in tempore sit, id grave & molestum esse solere.

Ὁ αὐτὸς ἔφη· τὸ ἀκμῆς τῶν καιρῶν τυχεῖν, δυσκαταμάθητον ἔχειν.

Idem dicebat, Ipsam temporis opportunitatē assequi difficile esse cognitu.

Θεόφραστος συνεχὲς ἔλεγε· πολυτελὲς ἀνάλωμα εἶναι τὸν χρόνον, μόνος γὰρ οὗτος ἀναλάβεσθαι οὐ δύναται, καίπερ οἱ πολλοὶ αὐτὸν περὶ ἐλαχίστου ποιοῦνται.

Theophrastus habebat semper in ore, Nullum esse sumptum pretiosiorem tempore. Solum enim hoc recuperari non potest: Et tamen vulgo nihil habetur vilius tempore.

Ὁ χρόνος πάντα εἴωθε πεπαίνειν· ἔφη Πλούταρχος.

Tempus solet omnia mollire & maturare: dixit Plutarchus.

Θαλῆς ἔλεγε· Τὸν χρόνον σοφώτατον ἁπάντων εἶναι. ἀνευρίσκειν γὰρ τὰ πάντα.

Thales dixit, Tempus omnium sapientissimum, ut quod cuncta reperiat eruatque.

Ὁ αὐτὸς εἶπεν. Ἄγει πρὸς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνος.

Idem dicere solebat, Veritatem tempus in lucem producit.

Locus CV.

DE SACRIFICIIS.

Πλάτων ἔλεγεν· Οὐ παράγεσθαι τὸν θεὸν ὑπὸ δώρων ὡς τοκιστήν, ἀλλ' ἀποβλέπειν αὐτὸν πρὸς τὴν ψυχήν, ἄν τις ὅσιος καὶ δίκαιος ὢν τυγχάνῃ.

Plato

Plato dicedat, Deum non flecti muneribus, sicut fæneratorem, sed animum intueri, an is sanctus & justus sit.

Ἀντιφῶν εἶπεν· ἡγοῦμαι μεγίστην εἶναι τῶν λειτουργιῶν, τὸ καθ' ἡμέραν βίον κόσμιον καὶ σώφρονα παρέχειν.

Antiphon dicebat: Sacrificium mihi maximum videtur, vitam quotidie modestam & temperantem agere.

Ἡγοῦ, ἔφη Ἰσοκράτης, τοῦτο εἶναι θῦμα κάλλιστον καὶ θεραπείαν μεγίστην, ἐὰν ὡς βέλτιστον καὶ δικαιότατον σεαυτὸν παρέχῃς. μᾶλλον γὰρ ἐλπὶς τοιούτους, ἢ τοὺς ἱερεῖα πολλὰ καταβάλλοντας, πράξειν τι παρὰ τῶν θεῶν ἀγαθόν.

Existimes, inquit Isocrates, hoc esse sacrificium pulcherrimum, & cultum maximum, si te quam optimum & justissimũ præstiteris. Magis enim sperandum est, tales homines aliquid boni a diis impetraturos esse, quam qui victimas multas mactant.

Λυκοῦργος ὁ νομοθέτης πυνθανομένου τινός. διὰ τί μικρὰς οὕτω καὶ εὐτελεῖς ἔταξε τὰς θυσίας, ὅπως, ἔφη, μηδέποτε τιμῶντες τὸ θεῖον διαλείπωμεν.

Lycurgus legislator, interrogatus, cur tam modica & vilia sacrificia constituisset, respondit, Ne unquam deos venerari cessemus.

Ὁ αὐτὸς εὐτελεστάτας ἐποίησεν ἐν Σπάρτῃ τὰς θυσίας, ἵνα ἀεὶ τοὺς θεοὺς τιμᾶν ἀπὸ τῶν παρόντων.

Idem minimi sumptus sacrificia in urbe Sparta instituit, ut deos immortales colendi semper in promptu copia esset. Intellexit enim, Deum non tam delectari victimarum impensis, quam virtute sacrificantium.

Locus CVI.

DE POENITENTIA.

KΆτων ὁ πρεσβύτερος εἶπε· Μεταμεληθῆναι ἐν παντὶ τῷ βίῳ τρεῖς μεταμελείας. μίαν μὲν ἐπὶ τῷ γυναικὶ πιστεῦσαι λόγον

γον ἀπόῤῥητον· ἑτέραν δὲ πλεύσας, ὅπου δυνατὸν ἦν πεζεῦσαι· τὴν δὲ τρίτην ὅτι μίαν ἡμέραν ἀδιάθετος ἔμεινεν.

Cato senior, tria sibi per omnem vitam accedisse, dicebat, quorum pœniteret. Primum, si quid arcani fœminæ credididisset. Alterum, si eo fuisset navigio vectus, quo pedestri itinere venire potuisset. Tertium, si quis dies per negligentiam absque fructu effluxisset.

Δημοσθένης Λαΐδι τῇ ἑταίρᾳ πλησιάσων, ταύτης προστιθεμένης αὐτὸν μέγαν μισθὸν, Τοσαύτης γὰρ μέγιστος, ἔφη, τιμῆς τὸ μετανοεῖν οὐ ὠνοῦμαι. Σημαίνων, ὅτι ἡδονῆς αἰσχρᾶς ἀκόλουθον εἶναι τὴν μετάνοιαν.

Demosthenes cum Laide meretrice rem habiturus, cum illa poposcisset ab eo magnam mercedem, Respondit, Tanti pœnitere non emo. Significans inhonestæ voluptatis comitem esse pœnitentiam.

Συγγνωσθῆναι οὐ μετανοοῦντας ἐφ' οἷς ἥμαρτον, ἀδύνατον ἔφη Διονύσιος.

Non potest fieri, ut veniam consequantur illi, quos peccatorum non pœnitet: dixit Dionysius.

Πλούταρχος ἔφασκε, Τὸ συνειδὸς, οἷον ἕλκος ἐν σαρκὶ, τῆς ψυχῆς τὴν μεταμέλειαν αἱμάσσουσαν ἀεὶ καὶ νύσσουσαν ἐναπολείπειν. τὰς μὲν γὰρ ἄλλας ἀναιρεῖ λύπας ὁ λόγος. τὴν μετάνοιαν αὐτὸς ἐργάζεται δακνομένην σὺν αἰσχύνῃ, καὶ κολαζομένην ὑφ' αὐτῆς.

Plutarchus dixit, Facinorosā conscientiā, instar ulceris in corpore, pœnitentiam relinquere in anima, lancinantem jugiter ac pervellentē. Nam cum alias omnes tristitias tollere ratio soleat, pœnitentiam hæc eadem cum pudore, quasi mordicus impetentem sese atque excarnificantem promovet.

Locus CVII.

DE OBEDIENTIA.

Σόλων

ΣΟ'λων ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, πῶς ἄριστα αἱ πόλεις οἰκοῦνται, ἔφη· ἐὰν μὲν οἱ πολῖται τοῖς ἄρχουσι πείθωνται, οἱ δὲ ἄρχοντες τοῖς νόμοις.

Solon a quodam interrogatus, quomodo civitates optime inhabitarentur, dixit: Si cives principibus, principes vero legibus obediant.

Ο' μὴ δουλεύσας, ἔλεγε Πλάτων, οὐδ' ἂν δεσπότης γένοιτο ἄξιος ἐπαίνου.

Qui non servivit, dicebat Plato, non potest esse dominus laude dignus.

Λέγεται καὶ τοῦτο καλῶς, ἔφη Α'ριστοτέλης, ὡς οὐκ ἔστιν εὖ ἄρχειν, μὴ ἀρχθέντα.

Illud etiam recte affirmatur, dixit Aristoteles: Neminem bene imperium gerere, qui non ipse prius sub imperio fuerit.

Ι'σον ἐκεῖνο παρ' ἐμοὶ κέκειται, φρονεῖν τι εὖ, καὶ τῷ λέγοντι χρηστὰ πείθεσθαι· ἔφη Η'ρόδοτος.

Æqualia mihi videntur, & recte sapere, & utilia dicenti parere: dixit Herodotus.

Σωκράτης ἔλεγε, τοὺς Α'θηναίους ἀσπάζεσθαι μὲν καὶ φιλεῖν, πείθεσθαι δὲ τῷ θεῷ μᾶλλον, ἢ αὐτοῖς.

Socrates dicebat, se Athenienses quidem colere & amare, sed Deo se magis obtemperaturum esse, quam ipsis.

Αἴσχυλος εἶπε, τὴν πειθαρχίαν τῆς εὐπραξίας μητέρα εἶναι.

Æschylus dixit: Obedientiam felicitatis matrem esse.

Λάκων τις ἐπὶ παρατάξεως τῷ πολεμίῳ τὸ ξίφος καταφέρειν μέλλων, ἐπεὶ τὸ ἀνακλητικὸν ἐσήμηνε οὐκ ἔτι κατὰ τὴν ἐξηκεπυθομένου δέ τινος διὰ τί τὸν ἐχθρὸν ἔχων ὑποχείριον οὐκ ἀπέκτεινεν. ὅτι, ἔφη, βέλτιόν ἐστι τῷ φονεύειν τὸ πείθεσθαι τῷ ἄρχοντι.

Laco quidam in prælio hosti jam gladium incussurus, cum audiret receptui cani, ictum non intulit. Interrogatus autem cur hosti quam necare potuisset, pepercisset, respondit: Quia melius est imperatori parere, quam hostem interficere.

Locus

Locus CVIII.

DE EXEMPLIS.

Οὐλπίανος ἔλεγεν εἰκόνα καὶ παράδειγμα γίγνεσθαι τὸ γεγονὸς τοῦ μέλλοντος.

Ulpianus dixit; Præterita esse imaginem & exempla futurorum.

Σὺ μὴ λέγε [ἔφη Δημοσθένης] ὡς γέγονε τοῦτο πολλάκις. ἀλλ' ὡς οὕτω προσήκει γίγνεσθαι.

Ne dicas, (dicere solebat Domosthenes) hoc sæpe ante factum esse: sed quod hoc sic fieri decuerit.

Ἐν ἀλλοτρίοις παραδείγμασι παίδευε σεαυτὸν, εἶπε Δημόκριτος, καὶ ἀπαθὴς τῶν κακῶν ἔσῃ.

Alienis exemplis sapere discito (dixit Democritus) & malorum expers eris. ¶ Huc versiculus pertinet: Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

Ἰσοκράτης ἔλεγε. Βουλευόμενος παραδείγματα ποιοῦ τὰ παρεληλυθότα τῶν μελλόντων. ἐὰν γὰρ τὰ παρεληλυθότα μνημονεύῃς, ἄμεινον καὶ περὶ τῶν μελλόντων βουλεύσῃ.

Isocrates dixit: Cum deliberas e præteritis, exempla pete rerum futurarum. Si enim præteritorum memineris, melius etiam de futuris diliberabis.

Δημοσθένης ἔφη, δεῖν τεκμαίρεσθαι τὰ μέλλοντα ἐκ τῶν γεγενημένων.

Demosthenes dicebat, de futuris ex præteritis conjecturam faciendam esse.

Ὁ αὐτὸς εἶπε πάντας ἀνθρώπους τοῖς ἑτέρων παραδείγμασι χρωμένους, μᾶλλον εὐλαβεῖς αὐτοὺς γίγνεσθαι.

Idem dixit: Omnes homines aliorum exemplis admonitos, cautiores fieri.

Ῥᾷον, ὡς Δίων ὁ Ρωμαῖος ἔλεγε, τις μιμεῖται τὰ κρείττω ὁρῶν ἔργῳ γινόμενα, ἢ φυλάττεται τὰ χείρω, ἀκούων λόγῳ κωλυόμενα.

Facilius, ut Dion Romanus dixit, quis optima imitatur quæ videt opere fieri, quam cavet pessima, quæ audit verbo vetari.

Δημόκριτος ἔφη, παῖδας

πρὸς σωφροσύνην, μέγιστον τέκνοις παράγγελμα εἶναι.

Democritus dicere solitus est, patris temperantiam liberis optimum bene vivendi præceptum esse.

Χρυσόστομος εἶπεν. οὐδὲν ὄφελος τῆς παιδείας εἶναι, ὅταν ἡ διὰ τῶν ἔργων ἐπίδειξις μὴ συμβαίνῃ τοῖς λεγομένοις.

Chrysostomus dixit: Nihil juvare institutionem verbis factam, nisi ipsius operis exhibitio dictis accedat.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγεν· οὐδὲν οὕτω πείθειν τοὺς πολλοὺς, ὡς παραδείγματα καὶ πρᾶξιν, τῆς σιωπώσης παραίνεσιν οὖσαν.

Idem dixit: Nihil esse, quod tam moveat vulgus, quam exempla & actionem, quod ea tacita quædam admonitio sit.

Ὁ αὐτὸς εἶπε. τότε μάλιστα τοὺς μαθητὰς εἰς τὸ ἀγαθὸν ἀγωνίζεσθαι ζῆλον. ὅταν παρὰ τῶν διδασκάλων ἔχωσι τὰ παραδείγματα.

Idem dicebat, tunc discipulos potissimum ad ardens studium & æmulationem excitari, cum a præceptoribus suis exempla haberent.

Τότε αὔξει διδάσκαλος, καὶ πιστοῦται λέγων, ὅταν ἀφ' ὧν πράττει παιδεύῃ. ἔφη Δίδυμος.

Tunc proficit magister, & fidem dicendo facit, cum suis operibus & exemplis docet: dixit Didymus.

Ἰσίδωρος ἔλεγε· Βίον ἄνευ λόγου μᾶλλον ὠφελεῖν, ἢ λόγον ἄνευ βίου.

Isidorus dicebet: Vitam sine sermone plus juvare & prodesse, quam sermonem sine vita.

Locus CIX.

DE PRUDENTIA, Consilio felici, Deliberatione ante factum.

Ναζιανζηνὸς ἔφη, κρείσσονα εἶναι λελογισμένην βραδύτητα τάχους ἀπερισκέπτου.

Nazianzenus dixit, Meliorem esse consultam tarditatem celeritate temeraria.

Ἑκάστου

Ἑκάστου ἔργου, ὡς Χρυσόστομος ἔλεγε, σκόπει τὰ καθηγούμενα, καὶ τὰ ἀκόλουθα αὐτῷ, καὶ οὕτως ἔρχου ἐπ' αὐτό.

In singulis rebus, ut dixit Chrysostomus, quid eas antecedat, quid eas sequatur, animadverte: & sic eas aggredere.

Χαβρίας εἶπε. δέον τὰ τέλη τῶν πραγμάτων ἡμᾶς προορᾶν, καὶ οὕτω τὴν τούτων ἐγχείρησιν ποιεῖσθαι.

Chabrias dixit: Exitus rerum prospicere oportet, & ita demum eas aggredi. ¶ Congruit cum hac sententia, versiculus: Quicquid agis, prudenter agas, & respice finem.

Δημοσθένης ἔλεγε. δύσκολον εἶναι φύσει καὶ χαλεπὸν τὸ βουλεύεσθαι.

Demosthenes dicere solebat, Difficile & periculosum esse, consilium dare.

Ὑπὲρ τῶν σεαυτοῦ συμβούλευε, ἔφη Ἰσοκράτης, τοῖς ὑπὲρ τῶν αὐτῶν καλῶς διοικήσασι.

De tuis rebus illos consulas, dixit Isocrates, qui sua negotia recte administrare solent.

Ὁ αὐτὸς εἶπεν· ὁ κακῶς διανοηθεὶς περὶ τῶν οἰκείων, οὐδέποτε καλῶς βουλεύσεται περὶ τῶν ἀλλοτρίων.

Idem dicebat: Qui suis rebus male prospicit, is nunquam bene consulet in alienis.

Γρηγόριος ἔφη. Οὐχ ὁ ἐν λόγῳ σοφὸς, οὗτος ἐμοὶ σοφός. οὐδ' ὅστις γλῶσσαν εὔστροφον ἔχει, ψυχὴν δὲ ἄστατον καὶ ἀπαίδευτον· ἀλλ' ὅστις ὀλίγα μὲν ἀρετῆς φθέγγεται, πολλὰ δὲ οἷς ἐνεργεῖ παραδείκνυσι, καὶ τὸ ἀξιόπιστον τῷ λόγῳ διὰ τοῦ βίου προστίθησι.

Gregorius dixit: Non equidem illum sapientem judico, cujus oratio sapiens videtur: neque illum cujus lingua volubilis est, mens autem inconstans & imperita: sed qui dum pauca de virtute verba facit, multa interim re ipsa & opere declarat, & verbis suis auctoritatem vitæ honestate conciliat.

Ἀντισθένης ἐρωτηθεὶς, τί δή ποτε οὐχ οἱ πλούσιοι πρὸς τοὺς σοφοὺς ἀπίασιν, ἀλλ' ἀνάπαλιν; εἶπεν· ὅτι οἱ σοφοὶ μὲν ἴσασιν, ὧν δεῖν αὐτοῖς χρεία πρὸς τὸν βίον.

ον. οἱ δὲ οὐκ ἴσασιν. ἐπεὶ μᾶλλον σοφίας, ἢ χρημάτων ἐπεμελοῦντο.

Antisthenes interrogatus, quamobrem non opulenti sapientes adirent, sed contra: dixit, quoniam sapientes quidem noverunt, quibus rebus ad vitam indigeant, illi vero nesciunt. Aliter enim magis sapientiæ, quam pecuniæ curam gererent.

Ἰσοκράτης εἶπεν, ὅτι τὸν χρηστὸν καὶ ἀγαθὸν ἄνδρα δεῖ τῶν μὲν προγεγονημένων μεμνῆσθαι, τὰ δὲ ἐνεστῶτα πράττειν, περὶ δὲ τῶν μελλόντων φυλάττεσθαι.

Isocrates dicebat: Virum frugi & prudentem debere præteritorum meminisse, agere præsentia, futura autem cavere.

Δημοσθένης ἔλεγε· πρὸς τὸ τελευταῖον ἐκβὰν ἕκαστον τῶν προϋπαρξάντων ὡς τὰ πολλὰ κρίνεσθαι.

Demosthenes dicebat, Ex ultimo eventu de iis omnibus quæ præcesserunt, fieri plerunque judicium.

Ὁ αὐτὸς εἶπε· Τοῖς μὲν φαύλοις ἐξαρκεῖ τὸ λυσιτελές· τοῖς δὲ σπουδαίοις καὶ τὸ καλὸν προσεῖναι δεῖ.

Idem dixit: Improbis hominibus utilitas satis est, viri boni vero honestatem quoque adjungere debent.

Τοσούτῳ διαφέρειν ὁ Σόλων τὴν φρόνησιν ἔλεγε τῶν ἀρετῶν, ὅσῳ ὅρασιν τῶν ἄλλων αἰσθήσεων.

Solon aiebat, prudentiam tantum cæteris virtutibus antecellere, quantum visus reliquos sensus excellit.

Δημοσθένης ἔλεγε, δεῖν βουλεύεσθαι μὲν ἐφ' ἡσυχίας· ποιεῖν δὲ τὰ δόξαντα μετὰ σπουδῆς.

Demosthenes dicebat, Lente deliberandum esse: quæ vero decreta fuerint, mature facienda esse.

Τῷ εὖ βουλευθέντι πράγματι τελευτὴ ὡς τὸ ἐπίπαν χρηστὴ ἐθέλει ἐπιγίνεσθαι· ἔφη Ἡρόδοτος.

Negotia bene deliberata regulariter habent exitum felicem, dixit Herodotus.

Ὑπόμνησκε σεαυτὸν,

[ἔφη

[Ἔφη Πυθαγόρας,] ὅτι πάντες ἄνθρωποι μέγιστον ἀγαθὸν τὴν φρόνησιν εἶναι λέγουσιν, ὀλίγοι δὲ εἰσιν, οἱ τὸ μέγιστον ἀγαθὸν τοῦτο κτήσασθαι ἐσπουδάκασιν.

Recordare (dicebat Pythagoras) quod cum omnes homines maximum esse bonum in sapientia situm asserant, tam pauci interim ad possessionem ejus annitantur.

Ἔστιν ὡς Χρυσόστομος εἶπε, καὶ παρὰ ἀνθρώπῳ μικρῷ καὶ εὐτελεῖ εὑρεθῆναί τι τῶν δεόντων, ὃ παρὰ τῷ σοφῷ καὶ μεγάλῳ οὐχ εὕρηται.

Licet (ut Chrysostomus dixit) vel apud exiguæ ac obscuræ sortis hominem opportuni quidpiam invenire, quod multoties aqud sapientem & magnum aliquem inventum non est. ¶ Pertinet huc versiculus, qui apud Athæneū exstat: Πολλάκι καὶ κηπωρὸς ἀνὴρ μάλα καίρια εἶπε. Sæpe etiam est holitor valde oportuna locutus.

Ἔφη τις Διογένην ἀνόητον εἶναι. ὁ δὲ, ἀνόητος μὲν οὐκ εἰμὶ, ἔφη, τὸν δὲ αὐτὸν ὑμῖν νοῦν οὐκ ἔχω.

Diogenem aliquis amentem vocabat, cui ille: amens quidem non sum, non tamen eandem, quam vos, mentem habeo.

Ὁ αὐτὸς εἶπε· σωφρονέστερον τοῦ μετὰ τὸ παθεῖν ἐγκαλεῖν, τὸ πρὶν παθεῖν φυλάξασθαι τοῦ μὴ παθεῖν.

Idem dicebat, Prudentius agere illum, qui sibi cavet, priusquam malum ingruat, quam qui malo jam accepto, ad accusandum convertitur.

Ἰσοκράτης ἔλεγε, Σύμβουλον ἀγαθὸν χρησιμώτατον καὶ τυραννικώτατον ἁπάντων κτημάτων εἶναι.

Isocrates dicebat, bonum consiliariū ex omnibus possessionibus utilissimum, & rege maxime dignum esse.

Σόλων εἶπε, Μὴ τὰ ἥδιστα, ἀλλὰ τὰ κάλλιστα συμβουλεύειν δεῖν.

Solon dicebat, Non quæ suavissima, sed quæ honestissima sint, consulenda esse.

Δημοσθένης ἔφη· τοὺς μὲν σώφρονας ἀνθρώπους περὶ τῶν πραγμάτων χρῆσθαι τῷ βουλεύεσθαι· τοὺς δὲ ἄφρονας μετὰ τὰ πράγματα.

Demosthenes dixit, homines sapientes solere ante facta deliberare, stultos autem post facta. Congruit cum hac sententia dictum Epicharmi. Οὐ μετανοεῖν, ἀλλὰ προνοεῖν χρὴ σοφὸν ἄνδρα: Id est, Sapientem decet, non post factum, sed ante sapere.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγεν, Ἐκεῖνό γε αἰσχρὸν εἶναι, ὕστερον ποτ' εἰπεῖν, συμβάντος τινὸς· τίς γὰρ ἂν ᾠήθη ταῦτα γενέσθαι.

Idem dicebat, Illud turpe esse, si quid tandem acciderit, dicere: Quis hæc futura putasset?

Ὁ αὐτὸς εἶπε· δεῖν οὐ μόνον εἰς τὰ παρόντα ὁρᾷν, ἀλλὰ καὶ περὶ τούτων λογίζεσθαι.

Idem dixit, non solum præsentia intuenda; sed etiam anteacta consideranda esse.

Ὁ αὐτὸς ἔφη· Δεῖν τεκμαίρεσθαι τὰ μέλλοντα ἐκ τῶν γεγενημένων.

Idem dicebat: de futuris, ex præteritis conjecturam faciendam esse.

Βραδέως ἐγχείρει τοῖς πραττομένοις, ἐγχειρήσας δὲ, πρᾶττε βεβαίως, ἔφη Βίας ὁ σοφός.

In deliberando tardus esto: in exsequendis vero rebus deliberatis celer: dixit Bias ille sapiens.

Δημοσθένης ἔλεγεν· οἱ ταχὺ καὶ τήμερον εἰπόντες, οὐ μάλιστα εἰς δέον λέγουσι.

Demosthenes dicere solebat: Qui subito & ex tempore consilium dant, non bene consulunt.

Δύο ἐστὶν, ὡς Ἀριστοτέλης εἶπεν, ἐν οἷς γίνεται τὸ εὖ πᾶσιν. ἓν μὲν ἐν τῷ τὸν σκοπὸν κεῖσθαι, καὶ τὸ τέλος τῶν πράξεων ὀρθῶς· ἓν δὲ τὰς πρὸς τὸ τέλος φερούσας πράξεις εὑρίσκειν.

Duo sunt, ut Aristoteles dixit, quæ omnes actiones bonas & laudabiles efficiunt: Unum, ut Scopus & finis actionum recte constituatur: deinde ut media

media ad finem ducentia recte eligantur.

Ὁ αὐτὸς ἔφη, Μίαν ταύτην σωτηρίαν καὶ πόλεως καὶ ἔθνους εἶναι, τὸ στρατηγῶν ἀνδρῶν ἀγαθῶν. καὶ συμβούλων σπουδαίων τυχεῖν.

Idem dicebat, Solam hanc & civitatis & nationis salutem esse, habeat gubernatores bonos & consiliarios ac senatores cordatos.

Πλούταρχος ἔλεγεν· Ὁδηγὸν τυφλὸν λαβεῖν, καὶ σύμβουλον ἀνόητον, ἴσον εἶναι.

Plutarchus dixit, In cæcum itineris ducem, & stultum consiliarium incidere idem esse.

Κρείττων σοφὸς ἰσχυροῦ· ἔφη Διόδωρος.

Sapiens robusto præstat: dixit Diodorus.

Κρείσσων λελογισμένη βραδυτὴς τάχους ἀπερισκέπτου· εἶπεν Χρυσόστομος.

Melior est consulta tarditas celeritate temeraria: dixit Chrysostomus.

Locus CIX.

DE EXPERIENTIA USU.

TAῦρος Ἑρμιονεὺς ἐρωτηθεὶς, τί εἴη σοφώτατον, πεῖραν ἔφη.

Tassus Hermioneus, quidnam sapientius esset præ cæteris, interrogatus: Experientiam dixit.

Δημάδης ἐρωτηθεὶς, τίς αὐτοῦ διδάσκαλος γεγονὼς εἴη. τὸ τῶν Ἀθηναίων, ἔφη, βῆμα· ἐμφαίνων, ὅτι ἡ διὰ τῶν πραγμάτων ἐμπειρία, κρείττων πάσης σοφιστικῆς διδασκαλίας ἐστί.

Demades rogatus, quo præceptori fuisset usus: tribunali, respondit, Atheniensium: insinuans, quod in ipsis negotiis experientia quavis institutione sophistarum melior sit.

Παῦλος Αἰμίλιος ἐμβαλὼν διὰ τῶν ἄκρων εἰς Μακεδονίαν, καὶ συντεταγμένους ἰδὼν τοὺς πολεμίους, τοῦ Νασικᾶ παρακαλοῦντος αὐτὸν εὐθὺς ἐπιχειρεῖν, εἴγε τὴν σὴν, εἶπεν, ἡλικίαν εἶχον. αἱ δὲ πολλαί με πεῖραι κωλύουσιν ἐκ πορείας πρὸς φάλαγγα συντεταγμένην μάχεσθαι.

Paulus Æmilius, cum per montium extremitates in Macedoniam pervenisset, hostiumque videret in-

structam aciem, Nasicæ hortanti ut statim eos aggrederetur, facerem, inquit, si tua essem ætate, sed me diuturna experientia docuit, non inire pugnam ex itinere adversus exercitū suis ordinibus dispositū.

Αἱ ἐμπειρίαι, καὶ τὸ πολλὰ ἑωρακέναι, νοῦν ἐμποιοῦσιν, ἔφη Δημοσθένης.

Experientia, multarumque rerum usus, prudentiam ingenerat, dixit Demosthenes.

Ἰσοκράτης ἔλεγεν. Ὅ,τι ἂν ἀκριβῶσαι βουληθῇς, ὧν ἐπίστασθαι προσήκει τοὺς ἄνδρας προεστῶτας, ἐμπειρίᾳ, μέτιθι καὶ φιλοσοφίᾳ, τὸ μὲν γὰρ φιλοσοφεῖν τὰς ὁδούς σοι δείξει· τὸ δ' ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων γυμνάζεσθαι, δύνασθαι τοῖς ἀμεινόν σε χρῆσθαι τοῖς πράγμασι ποιήσει.

Isocrates dicere solitus est: Si quid exquisite novisse cupis quod scire ad virum primarium pertineat, experientia & philosophia rei notionem aggredere. Hæc enim vias tibi demōstrabit: exercitatio autem operibus acquisita, efficiet ut melius & aptius res ipsas tractes.

Locus CXI.

DE JUVENTUTE.

Σόλων ἐνομοθέτησε μήτε ἀρχὴν τῷ σφόδρα νέον μήτε συμβουλεύειν, εἰ καὶ ἄριστα δοκοίη γνώμης ἔχειν.

Solon lege sanxit, nequis admodum juvenis ad magistratum aut consultationes admitteretur, quamvis prudentissimus visus esset.

Μένανδρος εἶπε. Νέος ὢν ἐδόκουν μὲν, ἐφρόνουν δὲ οὐδέν.

Menander dicere solebat: Cum juvenis essem, videbat quidem mihi sapere, sed revera nihil sapiebam.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγε· Μέμνησο νέος ὤν, ὡς γέρων ἔσῃ ποτέ.

Idem dicebat: Cum juvenis es memento te aliquando senem fore.

Ἀριστοτέλης ἔφη· ἄπειρον τῶν κατὰ τὸν βίον πράξεων τὸν νέον εἶναι.

Aristoteles dixit, Juvenem ignarum esse negotiorum, quæ in vita versantur.

Βασίλειος εἶπεν, Εὐρίπιστιν

ῥύπιστον τὴν νεότητα εἶναι, καὶ ῥᾳδίως ταῖς κεναῖς τῶν ἐλπίδων μετεωρίζεσθαι.

Basilius dixit, Juventutem mobilem esse, & facile vana spe efferri.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγε κοῦφον τὴν νεότητα εἶναι, καὶ εὐκίνητον πρὸς τὰ φαῦλα.

Idem dicebat, Juventutem esse levem, & ad improbitatem proclivem.

Ὁ αὐτὸς εἶπε. φύσει ἀρρώστημα τοῦτο νέοις εἶναι, κουφότητι γνώμης ἔχειν ἤδη νομίζειν τὰ ἐλπισθέντα.

Idem dixit: juvenum naturale vitium hoc esse, ut propter levitatem consilii ea se habere jam arbitrentur, quæ spe concupierunt.

Ὁ αὐτὸς ἔφη· Εὐρίπιστος ἡ νεότης, καὶ πρὸς κακίαν ὀξύρροπος. διαφόροις γὰρ παθημάτων περικλύζεται κύμασι. δεῖται τοίνυν τοῦ ποδηγοῦντος, καὶ πρὸς τοὺς λιμένας διευθύνοντας.

Idem dixit: Mobilissima juventus est, & ad vitia propensa: Diversis enim perturbationum fluctibus agitatur. Eget igitur ductore, qui ad portum recta deducat.

Πρὸς θυμὸν [ὡς ἔφη Χρυσόστομος] καὶ πρὸς ἐπιθυμίας, εὐέμπτωτος μᾶλλόν ἐστιν ὁ νέος. διὸ καὶ πλείονας δεῖται τῆς φυλακῆς, σφοδροτέρου τοῦ χαλινοῦ.

Ira (ut Chrisostomus dixit) & cupiditatibus facilius juvenes ducuntur & vincuntur: quare majorem quandam custodiam requirunt, ac frænum durius.

Γρηγόριος Νύσσης ἔλεγεν, Ἐπὶ παντὸς ὡς ἐπὶ πολὺ πράγματος ἐπισφαλῆ σύμβουλον τὴν νεότητα εἶναι, καὶ οὐκ εὑρεθῆναι κατορθωθέν τι ῥᾳδίως τῶν σπουδῆς ἀξίων ὧν μὴ καὶ πολιὰ συμπαρελήφθη πρὸς κοινωνίαν τοῦ σκέμματος.

Gregorius Nyssenus dicebat: In omni fere negotio periculosa esse adolescentium consilia, nec facile reperiri, qui aliquid recte gesserint rerum magnarum, quibus cani non fuerint ad considerationis communionem adhibiti.

Νεότης μετ' ἐξουσίας αὐτοκρατοῦς ὁρμαῖς ἀκαθέκτοις χρωμένη, κακὸν δύσμαχον γίνεται ἔφη Φίλων.

Juvenis summam potestatem

testatum adeptus cupiditatibus effrænatis utens, malum est inexpugnabile: dixit Philo.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγε· Νεότης πονεῖν οὐκ ἐθέλουσα, πρὸς τὸ γῆρας κακοπραγεῖ.

Idem dicere solebat: Juvenis laborem recusans, in senectute miser & calamitosus est.

Ἀριστοτέλης εἶπε· τὴν σωφροσύνην αἱρετωτέραν καὶ ἀναγκαίαν μᾶλλον ἐν τῇ νεότητι, ἢ ἐν τῷ γήρᾳ. μᾶλλον γὰρ τοὺς νέους τῶν πρεσβυτέρων ὑπὸ τῶν ἐπιθυμιῶν ἐνοχλεῖσθαι.

Aristoteles dixit, Laudabiliorem esse & magis necessariam temperantiam in juvenibus, quam in senibus. Nam juvenes plus quam senes cupiditatibus tentari.

Ἐν τῇ τῶν νεωτέρων ἡλικίᾳ πάντα πράττειν δυνάμεθα. ἔφη Οὐλπιανός.

Nihil est, quod in juvenili ætate agere non possimus: dixit Ulpianus.

Οὐ τὴν ἡλικίαν νέος, ἀλλ᾽ ὁ τὴν ψυχὴν ἀτελής, νεώτερος λέγεται· ἔλεγε Βασίλειος.

Non ætate juvenis, sed qui animo imperfecto est, junior vocatur: dicebat Basilius.

Locus CXII.

DE REBUS SECUNDIS, *quæ pariunt insolentiam.*

Βασίλειος ἔλεγεν, Ὁμοίως εἶναι χαλεπὸν, ἔν τε δυσκολίαις πραγμάτων ἀταπείνωτον τὴν ψυχὴν διασώσασθαι, καὶ ἐν ταῖς ὑπερηφανίαις μὴ ἐπαρθῆναι.

Basilius dixit: Æque difficile esse, in rerum difficultatibus animum non abjectum servare, atque in prosperitatibus non extolli.

Διόδωρος εἶπεν, Εὐτυχέστερον ὑπάρχειν, συμφορὰς ἐνεγκεῖν ἐπιδεξίως, ἢ τὰς εὐμεγέθεις εὐημερίας ἐμφρόνως.

Diodorus dixit, Felicioris ingenii esse, infortunia cum dexteritate ferre, quam ingentem prosperitatem prudenter regere.

Πλούταρ-

Πλέταρχος ἔφη· Οὐδὲν δυσαρκτότερον εἶναι ἀνθρώπε εὖ πράσσειν δοκεῦντος· ἐδ᾽ αὖ δεκτικώτερον ἐπιστασίας, συσταλέντος ὑπὸ τύχης.

Plutarchus dicebat: Nihil contumacius esse homine rebus secundis elato: nihil rursus imperii auscultantius homine dejecto rebus adversis.

Ἀριστοτέλης εἶπεν, Ἄνευ ἀρετῆς ἐ ῥᾴδιον εἶναι, φέρειν ἐμμελῶς τὰ εὐτυχήματα.

Aristoteles dixit, Sine virtute non facile esse, res secundas recte ferre.

Συμβέβηκε, ἔφη Ἰσοκράτης, καὶ συνακολουθεῖ τοῖς μὲν πλέτοις, καὶ ταῖς δυναστείαις ἄνοια, καὶ μετ᾽ ταύτης ἀκολασία. ταῖς δ᾽ ἐνδείαις, καὶ τῇ ταπεινότητι σωφροσύνη, καὶ μετριότης.

Ita comparatũ est, dixit Isocrates, ut opes & potentiam, amentia, & cum hac immodestia comitetur: inopiam vero & humilitatem, prudentia & moderatio.

Φιλιστίων ὁ κωμικὸς ἔλεγεν· Ἐὰν ἴδῃς πονηρὸν εἰς ὕψος αἰρόμενον λαμπρῷ τε πλέτῳ καὶ τύχῃ γαυρέμενον, ὀφρῦν τε μείζον τῆς τύχης ἐπαίροντα, τέτε ταχεῖον μεταβολὴν προσδόκα. ἐπαίρεται γὰρ μεῖζον, ἵνα καὶ μεῖζον πέσῃ.

Philistio scriptor Comicus dicere solebat: Si videris improbum in altum gradum evectum, magnisque opibus & fortuna exultantem, superciliaque supra fortunam extollentem, ejus celerrimam exspecta mutationem. Tollitur enim altissime, ut majori casu ruat.

Ξενοφῶν ἔφη, χαλεπώτερον εἶναι, εὑρεῖν ἄνδρα τἀγαθὰ καλῶς φέροντα, ἢ τὰ κακά. τὰ μὲν γὰρ ὕβριν τοῖς πολλοῖς, τὰ δὲ σωφροσύνην τοῖς πᾶσιν ἐμποιεῖν.

Xenophon dixit, Longe difficilius esse, invenire virum, bona eleganter ferentem, quam mala. Nam res secundas multos impellere, ut fiant petulantiores. At res adversas, omnes sanos ad modestiam flectere.

Τοῖς πλείστοις εἴμαρται, εἶπε Δημοσθένης, μηδέποτ᾽ εὖ πράττεσιν εὖ φρονῆσαι.

Plerisque fatale est, dicebat Demosthenes, nunquam in rebus secundis sapere.

Πλούταρχος ὡς ἀληθῶς ἔλεγεν ὀλίγους εἶναι, οἳ μετὰ τὸ εὐτυχεῖν περιγίνεται τὸ φρονεῖν.

Plutarchus verè dixit, Paucos esse, qui non in rebus secundis insolescant.

Ὁ αὐτὸς εἶπε, Κινδυνεύειν τὸ λίαν εὐτυχεῖν, ἐνίοτε ἐπαχθεῖς ποιεῖν.

Idem dixit, Ita ferè fieri, ut nimia felicitas homines reddat molestos & intolerabiles.

Locus CXIII.

DE PEREGRINATIONE.

Βίας ἔλεγε, Τὰς τῶν τόπων μεταβολὰς οὔτε φρόνησιν διδάσκειν, οὔτε ἀφροσύνην ἀφαιρεῖσθαι.

Bias dicere solitus est, Locorum mutationes neque prudentiam docere, neque imprudentiam auferre.

Πολλοὶ ἀποδημήσαντες [ὡς Αἰσχίνης ἔφη] οὐ τὸν τρόπον, ἀλλὰ τὸν τόπον μόνον μετήλλαξαν.

Multis, qui peregrinantur (ut Æschines dixit) tantum fit mutatio loci, non ingenii.

Ὁ αὐτὸς εἶπεν, Οὐχ ἡ χώρα χρηστοὺς ποιεῖ, ἢ φαύλους· ἀλλ' ἡ φύσις· οὐδ' ἐσμὲν ἕτεροί τινες, ἥκοντες ἄλλοθεν, ἀλλ' οἷοι ἐπορεύθημεν.

Idem dixit: Non regio bonos aut malos facit, sed suum quemque ingenium: neque alii sumus reversi, sed tales, quales cum abiremus.

Ἀποδημεῖν οὐκ ἐξῆν τοῖς Σπαρτιάταις, ἵνα μὴ ξενικῶν ἐθῶν καὶ βίων ἀπαιδεύτων μεταλάβωσι. καὶ ξενηλασίας δὲ εἰσηγήσατο· ὅπως οἱ παρεισρέοντες, μὴ διδάσκαλοι κακοῦ τινὸς τοῖς πολίταις ὑπάρχωσι· τῶν πολιτῶν ὃς ἂν μὴ ὑπομείνῃ τὴν τῶν παίδων ἀγωγὴν, οὐ μετεῖχε τῶν τῆς πόλεως δικαίων. ἔνιοι δὲ ἔφασαν, ὅτι καὶ τῶν ξένων ὃς ἂν ὑπομείνῃ ταύτην τὴν ἄσκησιν τῆς πολιτείας κατὰ τὸ βούλημα τοῦ Λυκούργου μετεῖχε τῆς ἀρχῆθεν διατεταγμένης μοίρας,

μαίρας, πωλεῖν δ' οὐχ ἐξῆν. συνῆκε γὰρ ἀνὴρ ὁ σοφώτατος τοῖς συμβολαίοις, καὶ ταῖς μετουσίαις τῶν ξένων διαφθείρεσθαι πόλεις, καί περ καλῶς καθεστακυίας, διὰ τὸ εἶναι ἡμᾶς εὐκαταφόρους, μᾶλλον πρὸς κακίαν, ἢ πρὸς ἀρετήν.

Spartanis non licebat peregrinari, ne morum peregrinorum vitæque incompositæ contagium attraherent. Quin & peregrinos urbe arcebant, ne paulatim inundantes mali, cujuspiam civibus existerent magistri. Quisquis autem civium non tulisset liberorum juxta patrios ritus institutionem, jure civium privabatur. Rursus narrant quidam, quicunque peregrinus Spartanæ civitatis instituti sustineret exerceri, cum ex Lycurgi sententia admitti in eam civitatem cum portione, quæ fuerat a priscis ordinata. Cæterum vendere jus civitatis nulli fas erat. Perspexerat vir ille prudentissimus, commerciis exterorum atque negotiatorum, civitates, quamvis bene institutas, corrumpi, quod ad nequitiam omnes simus magis dociles, quam ad virtutem.

Μὴ κατόκνει [ἔφη Ἰσοκράτης] μακρὰν ὁδὸν πορεύεσθαι πρὸς τοὺς διδάσκειν τι χρήσιμον ἐπαγγελλομένους. αἰσχρὸν γὰρ, τοὺς μὲν ἐμπόρους τηλικαῦτα πελάγη διαπερᾶν, ἕνεκα τοῦ πλείω ποιῆσαι τὴν ὑπάρχουσαν οὐσίαν· τοὺς δὲ νεωτέρους μηδὲ τὰς κατὰ γῆν πορείας ὑπομένειν, ἐπὶ τῷ βελτίω καταστῆσαι τὴν ἑαυτῶν διάνοιαν. τούτῳ τῷ προστάγματι ἐπείθετο ὁ Ἱερώνυμος, ὃς ἐν πόῤῥω κειμέναις χώραις, τὸν μὲν Δάμασον ἐν Ῥώμῃ, τὸν δὲ Ἐπιφάνιον ἐν Κύπρῳ, τὸν δὲ Δίδυμον ἐν Αἰγύπτῳ, τὸν δὲ Ναζιανζηνὸν ἐν Καππαδοκίᾳ, καὶ ἄλλους ἄλλοθι, ἕνεκα τοῦ τε πλείω ποιῆσαι τὴν παιδείαν, καὶ βεβαιῶσαι τὴν πίστιν, ἤκουσε.

Ne te pigeat (dixit Isocrates) longum iter suscipere, ut eos audias, qui præclari aliquid profitentur. Turpe enim est, mercatores tanta maria transire, ut suas facultates augeant: adolescentes vero vix terra iter facere, ut ani-

mum virtutibus locupletent. Huic præcepto Hieronimus obtemperavit, qui procul in dissitissimis regionibus, Damasum Romæ, Epiphanium in Cypro, Didymum in Ægypto, Nazianzenum in Cappadocia, & alios alibi, augendæ doctrinæ, & fidei confirmãdæ causa audivit.

Εὐάγριος ἔλεγε, φυτὸν μεταφερόμενον συνεχῶς, καρπὸν οὐ ποιεῖν.

Euagrius dixit, Plantam, quæ sepæ transfertur, non coalescere. ¶ Pertinet huc proverbium: Λίθος κυλινδόμενος, τὸ φῦκος οὐ ποιεῖ, id est, Saxum volutum, non obducitur musco.

Locus CXIV.

DE FERIIS, DIEBUS FESTIS.

Διογένης ὁρῶν ξένον τινὰ ἑαυτὸν τὴν ἑορτὴν ἐπιμελῶς κοσμοῦντα, τί ποιεῖς, ἔφη; Οὐκ οὖν πᾶσα ἡμέρα ἀγαθῷ ἀνδρὶ ἑορτή ἐστιν; Ἐνόμιζε τοῦτον τὸν κόσμον, ἱερὸν εἶναι ἄξιον θεοῦ, ἐν ᾧ ἄνθρωπος καταστὰς, ἀεὶ καλῶς καὶ εὐπρεπῶς, ὡς ἐναντίον θεοῦ, πάντα εἰσορῶντος, ζῆν ἂν ὀφείλοι.

Diogenes peregrinum quendam conspiciens, sese studiose ad festum diem componentem: quid facis, inquit? An non quilibet dies viro bono festus est? Sensit, hunc mundum esse templum Deo dignum, in quo constitutus homo semper honeste & decenter, velut in conspectu Dei, omnia cernentis, versari debeat.

Ἀντισθένης ἐρωτηθεὶς, τί ἐστιν ἑορτή; γαστριμαργίας, ἔφη, ἀφορμή· οὐδέποτε γὰρ μᾶλλον ἀνειμένως καὶ ἀκολάστως βιοτεύουσιν ἄνθρωποι, ἢ ἐν τοιούτοις καιροῖς, ἐν οἷς μάλιστα περὶ τὴν εὐσέβειάν τε καὶ σωφροσύνην σπουδάζειν χρή.

Antisthenes interrogatus, quid esset dies festus, respondit, Ingluviei & helluationis occasio. Nullo enim tempore homines dissolutius & intemperantius vivunt, quam tunc, cum maxime pietati & tẽperantiæ studendum erat.

Δημοσθένης γράφει, τοὺς παλαιοὺς εἰς τοσοῦτο ἀφικέσθαι φιλανθρωπίας τε καὶ εὐσεβείας, ὥστε καὶ τῶν πρότερον γεγενημένων ἀδικημάτων τὸ λαμβάνειν δίκην ἐπέχον, ἐν ταῖς ἑορταῖς.

Demosthenes scribit, tantam veterum fuisse & humanitatem & pietatem, ut festis diebus etiam de injuriis prius factis pœnas sumi vetuerint.

Locus CXV.

DE MISERICORDIA, CLEMENTIA.

Ἔλεός ἐστιν ἑκούσιος λύπη, ἀλλοτρίοις κακοῖς συνισταμένη· ἔφη Γρηγόριος Νύσσης.

Misericordia est voluntaria tristitia, ex alienis malis producta: dixit Gregorius Nyssenus.

Ὁ αὐτὸς εἶπε, Μέγα πως ἀτυχοῦντι φάρμακον εἶναι, ἔλεον ἀπὸ ψυχῆς εἰσφερόμενον. καὶ τὸ συναλγεῖν γνησίως πολύ τι κουφίζειν τῆς συμφορᾶς.

Idem dixit: Magnum calamitoso remedium esse, misericordiam ex animo collatam, & genuinam condolentiam multo leviorem reddere calamitatem.

Ὁ αὐτὸς ἔφασκε. Δυνατὸς ὢν ὁ Θεὸς ποιῆσαι μηδένα πένητα· ἀλλὰ τὸ εὖ ποιεῖν περιῄρει τὸ, συμπάσχειν οὐδεὶς ἤξιε· νυνὶ δὲ ἀλλήλων ἕνεκα, καὶ εὐποροῦμεν καὶ ἀποροῦμεν. ἵνα τόπος γινώμεθα τῇ εὐποιΐᾳ.

Idem dicere solitus est: Facile posset Deus neminem facere pauperem, sed ita beneficentiæ ansam adimeret, nec amplius vellet aliquis condolere. Nunc vero alii aliorum gratia vel divites vel egeni sunt, ut locus & materia beneficentiæ suppetat.

Τοιοῦτος [ἔφη Φίλων] ἴσθι πρὸς τοὺς σοὺς οἰκέτας, οἷον εὔχῃ σοὶ τὸν Θεὸν γενέσθαι. ὡς γὰρ ἀκούομεν, ἀκουσθησόμεθα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· καὶ ὡς ὁρῶμεν, ὁραθησόμεθα ὑπ' αὐτοῦ. προσενέγκωμεν οὖν τὸν ἔλεον τὸν ἔλεον, ἵνα πως ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ἀντιλάβωμεν.

Talem (dixit Philo) te famulis tuis præbe, qualem tibi Deum optas. Audiemur enim a Deo, sicut nos audim⁹, & aspiciemur

ab ipso, ut nos aspiciamus. Offeramus igitur misericordiam pro misericordia, ut pro simili simile adipiscamur.

Μέγα τῷ ἀτυχοῦντι φάρμακον, ἔλεος ἀπὸ ψυχῆς εἰσφερόμενος. καὶ συναλγεῖν γνησίως, πολύ τι κουφίζει τὰς συμφορᾶς. ἔφη Νεῖλος.

Magnum remedium est infortunato misericordia ex animo collata: & syncera condolentia multo leviorem reddit calamitatẽ: dixit Nilus.

Φέρει παραμυθίαν ὀδυνωμένῳ κοινωνία τῶν στεναγμῶν· ὡς Γρηγόριος ἔφασκε.

Communicatio & societas luctus, solatium adfert dolenti: ut Gregorius dixit.

Ἀριστοτέλης εἶπε, κουφίζεσθαι τοὺς λυπουμένους συναλγούντων τῶν φίλων.

Aristoteles dixit, Sublevari illos, qui dolent, condolescentibus amicis.

Δημοσθένης ἔλεγε, δίκαιον εἶναι ἐλεεῖν, οὐ τοὺς ἀδίκους τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ τοὺς παρὰ λόγον δυστυχοῦντας.

Demosthenes dixit: Justum esse misereri, non improborum hominum, sed eorum, qui immerito infelices sunt.

Οὐδεὶς [ὡς ὁ αὐτὸς ἔφη] ἐστὶ δίκαιος τυγχάνειν ἐλέου, τῶν μηδένα ἐλεούντων· οὐδὲ συγγνώμης, τῶν ἀσυγγνωμόνων.

Nullius (ut idem ille dixit) miserendum est, qui nullius miseretur: neque quicquam illi veniæ dandum, qui veniam dat nemini.

Ὁ αὐτὸς εἶπε· Δεῖν συναπορεῖν ἠτυχηκότι καθόσον δυνατόν ἐστι, καὶ ἀπεστερημένῳ τῆς πατρίδος.

Idem dixit, Calamitosum, & patria privatum, ab uno quoque pro virili sua parte sublevandum esse.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγε· Δεῖ τὸν ἀτυχήσαντα μὴ περιορᾶν ἀπαρηγόρητον ἐν τῷ πάθει κείμενον· ἀλλὰ καὶ λόγοις χρῆσθαι κουφίζουσι καὶ πρὸς ἴδια πράγματα τρέποντα τὴν διάνοιαν.

Idem dicebat: Committendum non est, ut calamitosus, sine ulla consolatione, in suo conflictetur: sed & verbis levandus est dolor, & animus ad jucun-

jucundiores cogitationes traducendus

Ὁ αὐτὸς ἔφασκε· Δίκαιόν ἐστι τοιαῦτα φρονοῦντας φαίνεσθαι περὶ τῶν ἀτυχούντων, οἷα τοὺς ἄλλους ἀξιώσαιμεν φρονεῖν περὶ ἡμῶν, εἴ ποτε τοιοῦτό τι συμβαίνῃ.

Idem dixit : Æquum est ut in calamitosos sic animati esse videamur, ut alios in nos animatos esse vellemus, si quando tale quippiam acciderit.

Οὔτε ἐξ ἱεροῦ βωμὸν, οὔτε ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀφαιρετέον τὸν ἔλεον : ἔφη Φωκίων.

Nec e templo ara, nec humana natura misericordia tollenda est: dixit Phocion.

Locus CXVI.

DE SOMNO.

Εὐχαρίστει ὦ ἄνθρωπε [ἔφη Βασίλειος] τῷ θαυμασίως ἡμᾶς διὰ τοῦ ὕπνου τῆς συνεχείας τῶν πόνων λύοντι. καὶ ἐκ μικρᾶς ἀναπαύσεως. πάλιν, πρὸς τὴν ἀκμὴν τῆς δυνάμεως ἐπανάγοντι

Gratias age ô homo, illi, (dixit Basilius) qui nos mirabiliter per somnū ab assiduis laboribus recreat, modicæ quietis beneficio rursus ad vigorem virium reducit.

Χρυσόστομος ἔλεγεν· ὕπνον οὐδὲν ἕτερον εἶναι, ἢ θάνατον πρόσκαιρον, καὶ ἐφήμερον τελευτήν.

Chrysostomus dixit : Somnum nihil aliud esse, quam mortem ad breve tempus, & aliquot horarum obitum.

Εἰκότως [ὡς Φίλων ἔφη] μελέτην μὲν θανάτου σκιὰν δὲ καὶ ὑπογραμμὸν τῆς αὖθις ἐσομένης ἀναβιώσεως, τὸν ὕπνον οἱ ἀληθῆ περιεργηκότες ἀπεφήναντο· ἑκατέρων γὰρ ἐναργεῖς φέρει τὰς εἰκόνας. μεθίστησι γὰρ καὶ παρίστησι τὸν αὐτὸν ἐξ ὁλοκλήρου.

Non temere (ut Philo dixit) qui rem vere considerarunt, somnum esse mortis præmeditationem, & umbram ac declinationem quandam vitæ denuo futuræ statuerunt. Imagines enim utriusq; repræsentat. Quippe eundē hominē ex integro & aufert, & sibi restituit.

Ὁ αὐ-

Ὁ αὐτὸς εἶπε, Τὸν ὕπνον ὥσπερ τελώνην, τὸν ἥμισυ ἡμῖν τοῦ βίου, συνδιαιρεῖσθαι χρόνον.

Idem dixit, Somnum veluti publicanum, dimidium vitæ nobiſcum partiri.

Ὁ αὐτὸς ἔφασκε, Τὸν μεσήμβριον ὕπνον, ἢ σώματος ὄχλησιν, ἢ ψυχῆς ἀδημοσύνην, ἢ ἀργίαν, ἢ ἀπαιδευσίαν σημαίνεσθαι.

Idem dicebat, Diurnum ſomnum aut corporis moleſtiam aliquam, aut animæ anxietatem, aut ſegnitiem, aut imperitiam arguere.

Τὸ πέραν καθεύδειν τοῦ πρέποντος, τοῖς τεθνηκόσι μᾶλλον ἢ περ τοῖς ζῶσιν ἁρμόδιον, ἔφη Αἰσχίνης.

Somnus diuturnior quã deceat mortuis potius quã vivis convenit, dixit Æſchines.

Ὁ ὕπνος πρὸς τοὺς πόνους τὸ σῶμα τῆς ὑστεραίας ἐρρωμενέστερον ἀποφαίνει ἔλεγε Θεοδώρητος.

Somnus reddit corpus ad labores poſtridie robuſtius; dixit Theodoretus.

Μένανδρος εἶπεν, τὸν ὕπνον εἶναι σώματος σωτηρίαν.

Menander dixit, Somnum eſſe corporis ſalutem.

Κατὰ Πλάτωνα, ὕπνοι καὶ κόποι μαθήμασι πολέμιοι.

Ut Plato dixit, Somni & labores liberalibus diſciplinis inimici ſunt.

Γοργίας ὁ Λεοντῖνος, ἐπὶ τέρματι ὢν τοῦ βίου, ὑπ' ἀσθενείας καταληφθεὶς, κατ' ὀλίγον εἰς ὕπνον ὑπολισθαίνων ἔκειτο. εἰ δέ τις αὐτὸν τῶν ἐπιτηδείων ἤρετο, τί πράττοι, ὁ Γοργίας ἀπεκρίνατο. ἤδη με ὁ ὕπνος ἄρχεται παρακατατίθεσθαι τῷ ἀδελφῷ. Ὅμηρος γὰρ ὕπνου ἀδελφὸν ὀνομάζει τὸν θάνατον.

Gorgias Leontinus jam vicinus morti, viribus deficiens, ſenſim in ſomnum delapſus jacebat. Et ſi quis ipſum ex familiaribus interrogaret, quid ageret, reſpondebat: Jam ſomnus incipit me fratri ſuo tradere. Homerus enim ſomni fratrem appellat mortem. Simile quiddam de Diogene, in loco de Morte, retulimus antea.

Locus CXVII.

DE SOMNIIS.

Κατὰ

ΚΑτὰ Βασίλειον, Πεφύκασί πως αἱ καθ' ὕπνον φαντασίαι, ὡς τὰ πολλὰ ἀπηχήματα εἶναι τῶν μεθημερινῶν φροντίδων. ὁποῖα γὰρ ἂν ἢ τὰ κατὰ τὸν βίον ἡμῶν ἐπιτηδεύματα, τοιαῦτα ἀνάγκη εἶναι καὶ τὰ ἐνύπνια.

Ut Basilius dixit, Solent fere imaginationes in somnis ut plurimum respondere curis diurnis. Quualia enim fuerint vitæ nostræ studia, talia necessario etiam in somnia fiunt.

Ὁ αὐτὸς εἶπεν· ὡς ἐπὶ πολὺ τὰ καθ' ὕπνον φαντάσματα, τῶν μεθημερινῶν ἐννοιῶν εἰσὶν ἀπηχήματα.

Idem dixit, Imaginationes in somnis ut plurimum diurnis cogitationibus respondere.

Ὁ τοῖς ὀνείροις προσέχων, ἔοικε τῷ τὴν σκιὰν αὐτοῦ καταδιώκοντι, ἔφη Νεῖλος.

Qui observat insomnia, similis est homini, umbrã suã persequẽti, dixit Nilus.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγεν· αἱ νύκτες τὰς μεθημερινὰς φροντίδας παραλαβοῦσαι, ἐν ταῖς αὐτῶν φαντασίαις ἐξαπατῶσι τὸν νοῦν.

Idem dicebat: Noctes excipiunt curas dierum, easque imaginando illudunt animis.

Locus CXVIII.

DE VICTORIA.

ΦΑνερὸν ἐστιν [εἶπε Ξενοφῶν] ὅτι οὔτε πλῆθός ἐστιν, οὔτε ἰσχὺς ἡ ἐν τῷ πολέμῳ τὰς νίκας ποιοῦσα· ἀλλὰ ὁπότεροι ἂν σὺν τοῖς θεοῖς ταῖς ψυχαῖς ἐρρωμενέστεροι ἴωσιν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, τούτους ὡς ἐπιπολὺ οἱ ἐναντίοι οὐ δέχονται.

Perspicuum est (dixit Xenophon) non numero aut corporum robore, sed utri deorum auxilio freti fortioribus animis hostes invaserint, ut plurimum ab adversariis non sustinentur.

Ἀλέξανδρος ὁ μέγας παρακαλούμενος ὑπὸ τῶν φίλων νυκτὸς ἐπιθέσθαι τοῖς πολεμίοις, εἶπεν. Οὐ βασιλικόν ἐστι, κλέπτειν τὴν νίκην.

Cum Alexander Magnus ab amicis moneretur, ut noctu aggrederetur hostes, non

Non est, inquit, regium, victoriam furari.

Χρεῖττον ἡττᾶσθαι καλῶς, ἢ νικᾷν ἐπισφαλῶς καὶ ἀθέσμως· ἔλεγε Γρηγόριος.

. Præstat honeste vinci, quam periculose contra fas vincere, dixit Gregorius.

Βασίλειος ἔφασκεν, ἐν ἁμίλλαις πονηρίας ἀθλιώτερον εἶναι τὸν νικήσαντα, διότι ἀπέρχεται τὸ πλέον ἔχων τῆς ἁμαρτίας.

Basilius dixit: In certaminibus improbitatis miseriorem esse illum, qui vicerit, propterea, quod peccatis onustior discedat.

Δημοσθένης ἔφη, Ἐξ ἀνάγκης συμβαίνειν, ὅταν μάχη γίγνηται, τοῖς μὲν ἡττᾶσθαι, τοῖς δὲ νικᾷν.

Demosthenes dixit, Necessario evenire, cum prælium committitur, ut alii succumbant, alii vincant.

Αἰσχίνης ἔλεγε, τὸν στέφανον πολλάκις δοθῆναι οὐ τῷ κρατίστῳ, ἀλλὰ τῷ διαπραξαμένῳ.

Æschines dicere solitus, Coronam sæpe tribui, non fortissimo, sed illi qui malis artibus eam consecutus sit.

Ὅπου ἅμιλλα, ἐνταῦθα καὶ νίκη ἐστὶν, ἔφη Ἀριστοτέλης.

Ubi certamen est, ibi est & victoria, dixit Aristoteles.

Locus CXIX.

DE MODESTIA.

Οὗτος, ἔφη Χρυσόστομος, μάλιστα ἐστὶν ὁ ἑαυτὸν εἰδὼς, ὁ μηδὲν ἑαυτὸν εἶναι νομίζων.

Hic, dixit Chrysostomus, maxime seipsum cognoscit, qui seipsum pro nihilo reputat.

Ὁ αὐτὸς εἶπεν· Οὐδὲν οὕτω τῷ Θεῷ φίλον εἶναι, ὡς τὸ μετὰ τῶν ἐσχάτων ἑαυτὸν ἀριθμῆσαι.

Idem dixit, nihil tam Deo gratum esse, quam seipsum inter postremos numerare.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγε, Ταπεινοφροσύνην εἶναι, τὸ ταπεινοφρονεῖν, τὸ ἑτέρου ὀνειδίζοντος φέρειν, τὸ ἐπιγινώσκειν τὸ ἁμάρτημα, τὸ φέρειν τὰς κατηγορίας.

Idem dixit, Modestiam esse demisse & humiliter sentire alterū cōvitiantem ferre, agnoscere peccatum, & accusationes pati.

Ἡράκλειτος νέος ὢν πάντας ἔφη σοφώτατος, ὅτι οὐδὲν

ἤδη ἑαυτὸν μηδὲν ὄντα.

Heraclitus adhuc juvenis omnium sapientissimus fuit, Seipsum enim nihil scire agnoscebat.

Σωκράτης ἔφη, μηδὲν εἰδέναι, πλὴν αὐτὸ τοῦτο, ὅτι μηδὲν οἶδεν· τοὺς δὲ λοιποὺς μηδὲ τοῦτο εἰδέναι.

Socrates existimabat, nihil se scire præter hoc unū, quod nihil sciret, reliquos vero ne hoc quidem scire.

Ὁ αὐτὸς εἶπε· Ταπεινόφρων ἐκεῖνός ἐστιν, ὃ ὑψηλὰ δυνάμενος φρονεῖν ταπεινοφρονῶν.

Idem dicebat: Modestus & humilis est is, qui cum possit elatus esse, tamen humiliter & demisse sentit.

Τοσοῦτον τὶς μᾶλλον ὀφείλει ταπεινοφρονεῖν ὅσον δοκεῖ μείζων εἶναι, ἔφη Κλήμης.

Tanto quisque debet se summissius gerere, quanto major videtur esse: dixit Clemens.

Εὐάγριος ἔλεγε, Ἀρρηκτον ὅπλον τὴν ταπεινοφροσύνην τῇ ψυχῇ εἶναι.

Euagrius dixit, Armaturam tutissimā esse, animi modestiam.

Ὁ αὐτὸς εἶπε, Νόμῳ, καὶ ἄρχοντι, καὶ τῷ σοφωτέρῳ εἴκειν, κόσμιον εἶναι.

Idem dicebat: legi, magistratui, & sapientiori cederi, modestiæ esse.

Γνῶθι σεαυτόν, ὡς παροιμία λαμβάνεται. πολλοὶ δὲ Χίλωνος εἶναι τὸ ἀπόφθεγμα. Κλέαρχος δὲ, ὑπὸ τοῦ θεοῦ λεχθῆναι Χίλωνι.

Nosce teipsum prouerbialiter usurpatur. Multi Chilonis hanc sententiam faciunt: Clearchus autem divinitus ipsam Chiloni dictatam esse scribit.

Δημώναξ ἐρωτηθεὶς, πότε ἤρξατο φιλοσοφεῖν: ὅτι καταγινώσκειν, ἔφη ἐμαυτοῦ ἠρξάμην.

Demonax interrogatus, quando cœpisset philosophari, tum dixit, cum cognoscere meipsum, incœpi.

Θεόκριτος ἐρωτηθεὶς, ὅτι ποιημάτων διὰ τί οὐ συγγράφει ὅτι εἶπεν, ὡς μὲν βούλομαι οὐ δύναμαι. ὡς δὲ δύναμαι, οὐ βούλομαι.

Theocritus quæsiti, quare poemata non scriberet, dixit: quoniā, ut libet, non possū: ut vero possū, non libet.

Καλῶς Ἐπίκτητος ἔλεγε. ἐάν τίς σοι ἀπαγγείλῃ, ὅτι ὁ δεῖνά σε κακῶς λέγει μὴ ἀπολογοῦ πρὸς τὰ λεχθέντα

ἀλλ' ἀποκρίνε, ὅτι ἠγνόει γὰρ τὰ ἄλλα προσόντα μοι κακὰ, ἐπεὶ οὐκ ἂν ταῦτα μόνα ἔλεγεν.

Præclare Epictetus dixit: Si quis nuntiaverit, quendam tibi maledicere: ne refuta quæ dicta sunt, sed responde: Eum nescivisse cætera tua vitia: nam alioqui non illa sola dicturum fuisse.

Locus CXX.

DE AMORE INHONESTO.

Θεόφραστος ἐρωτηθεὶς, τί ἐστιν ἔρως, πάθος, ἔφη, ψυχῆς σχολαζούσης.

Theophrastus interrogatus, quid esset amor, respondit: Animæ otiosæ affectus.

Ὁ αὐτὸς ἔλεγεν. ἔρωτα εἶναί τινος ἐπιθυμίας ἀλογίσου ὑπερβολὴν, ταχεῖαν μὲν ἔχουσαν τὴν πρόσοδον, βραδεῖαν δὲ ἀπόλυσιν.

Idem dixit: Amorem irrationalis cujusdam cupiditatis excessum esse, qui velocem habeat accessum, tardum autem discessum.

Πρόδικος εἶπεν, Ἐπιθυμίαν μὲν διπλασιασθεῖσαν, ἔρωτα εἶναι. ἔρωτα δὲ διπλασιασθέντα. μανίαν γίνεσθαι.

Prodicus dicebat, Cupiditatem geminatam, amorem esse: amorem vero geminatū, insaniam fieri.

Αἴσωπος ἔφασκε· Τοὺς ὑπ' ἔρωτος κατεχομένους ἀναισχύντους εἶναι συμβαίνειν.

Æsopus dixit: Illos qui amore capti sunt, inverecundos esse solere.

Ἀριστοτέλης ἔφη, Τοῖς ἐρῶσι τὸ ὁρᾶν ἀγαπητότατον εἶναι.

Aristoteles dicere solitus est, amantibus aspectum carissimum esse.

Ὁ αὐτὸς εἶπεν, Ἐκ τοῦ ὁρᾶν γίγνεσθαι, τὸ ἐρᾶν.

Idem dicebat, ex aspectu nasci amorem.

Κράτης ὁ Θηβαῖος τοῖς ἐρῶσιν ἔδειξε φάρμακα· Ἔρωτα ἔφη, παύει λιμός· εἰ δὲ μὴ χρόνος· ἂν δὲ τούτοισι μὴ, δοιὴ χρῆσθαι, βρόχος.

Crates Thebanus amore laborantibus ostendit remedia. Amore, inquit, medetur fames: sin aliter tempus:

pus : quod si nec his uti possis, laqueus. Luxus enim fere alit amorē. Tempus vero omnia aut tollit, certe mitigat, hæc remedia si nihil prosunt, superest laqueus, ut morbus suspendio finiatur.

Τυφλοῦται ὁ φιλῶν περὶ τὸ φιλούμενον· ἔφη Πλάτων.

Amicus est cœcus, & facile decipitur circa rem amatam : dixit Plato.

Μένανδρος ἔλεγε· Μόνον ἀπαρηγόρητον ἀνθρώποις τὸν ἔρωτα εἶναι.

Menander dixit, Solum amorē inter homines nullo sermone consiliove moveri.

Πλούταρχος εἶπε· Τὸ λίαν φιλεῖν τοῦ μὴ φιλεῖν αἴτιον εἶν.

Plutarchus dixit : Nimium amorem, odii causam esse solere.

Τὸ φιλεῖν ἀκαίρως, ἴσον ἐστὶ τῷ μισεῖν. ἔφη Σωκράτης.

Intempestive amare, simile est odio : dicebat Socrates.

Ο' αὐτὸς ἔλεγε· Τὰ τῶν καλῶν φιλήματα φυλάττεσθαι δεῖν ; ὥσπερ τὰ τῶν ἰοβόλων δήγματα.

Idem dixit : Oscula formosorum cavenda esse, sicut morsus venenatorum animalium.

Locus CXXI.

DE PERICULIS.

Μηδεὶς μὲν δικαίως τοὺς κινδύνους ποιούμενος οἰέσθω τοῦ θεοῦ συμμάχου ἀποστερήσειν· ἔφη Ἰσοκράτης.

Nemo in justa causa pericula subjens, existimet sibi Deum adjutorē defuturum esse : dixit Isocrates.

Ο' μέγας κίνδυνος ἄναλκιν οὐ φῶτα λαμβάνει. ὥσπερ Πίνδαρος εἶπε.

Ignavus vir non suscipit magnum periculum : ut Pindarus dixit.

Δημοσθένης ἔλεγε. κινδυνευτέον τοὺς τοιούτους κινδύνους, ἐν οἷς καὶ παθεῖν τὶ καλόν ἐστιν.

Demosthenes dixit, ejus generis pericula subeunda esse.

esse, in quibus pari aliquid, præclarum sit.

Δαρεῖος ὁ Ξέρξου πατὴρ ἑαυτὸν ἐγκωμιάζων ἔλεγεν, ἐν ταῖς μάχαις, καὶ παρὰ τὰ δεινὰ, γίγνεσθαι φρονιμώτερος.

Darius ille Xerxis pater, seipsum laudans dicebat, In certaminibus, & in rebus periculosis fieri se prudentiorem.


Μεγάλα πράγματα, μεγάλοισι κινδύνοισιν ἐθέλει καὶ αἱρεῖσθαι. ἔφη Ἡρόδοτος.

Magnæ res, magnis etiam cum periculis percipi volunt: dixit Herodotus.

Ἀλκεβιάδης ἔλεγεν· Ἐξὸν φεύγειν, μὴ ζητεῖ δίκην· νομίζων βέλτιον εἶναι, μὴ κινδυνεύειν, ἢ σπουδάζειν, ὅπως κινδύνων ἐσομένων, σεαυτὸν ἀπαλλάξῃς.

Alcibiades dicere solebat : Si potes fugere, ne committas te judicio. Sentiens consultius esse, non committere se periculo, quam dare operam, ut periculum ingressus temet expedias.

INDEX



INDEX LOCORUM.

INDEX.

Oratio

INDEX.

FINIS.